

Alte Drucke

Postillae Sive Conciones ... In Epist. & Euang. de Sanctis ... memoria

POSTILLÆ SI-||VE CONCIONES REVE-||REND. D. IOANNIS FERI, || Metropolitanæ
Moguntinæ Con-||cionatoris absolutiss. || In Epist. & Euang. de Sanctis, quorum
ab Ad-||uentu vsque ad Festum Pascæ in ...

Wild, Johann

Antverpiae, 1559

IN DIE ANNVNCIATIONIS MARIAE EVANGelium Lucae. I.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150424

minem ledam. Hæc si vos ex me didiceritis, si in hoc meum exemplum sequuti fueritis, requiem comparabitur animabus vestris. Hæc Christus his verbis exigit: nōpe Deo omnia committamus, omnem curam nostram in illum reijciamus, & cum Paulo per arma iustitiæ à dextra & à sinistra, per honores & opprobria pergamus, ad ea quæ ante nos sunt tantum cogitantes. Hæc facientes requiem animarum nostrarum adepturos. Summa: Si nos Christo in suam seruitutem submiserimus, requiem inueniemus conscientiarum, eius exemplum in mansuetudine & mentis humilitate sequētes, externa etiam magis gaudemus pace. Hic cardo rei vertitur, ut ad exemplum Mathiæ ad CHRISTVM properemus, eius in nos suscipientes iugum, ipsum sequamur. Id ergo in nobis præstet Deus Opt. Max. Amen.

2. Cor. 6.

Phil. 3.

IN DIE ANNUNCIA- TIONIS MARIAE EVAN- gelium Luca. 1.

IN mense autem sexto missus Angelus Gabriel à Deo in ciuitatē Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginē desponsatam viro cui nomē Ioseph, de domo Dauid, & nomē virginis Maria. Et ingressus angelus ad eā, dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu inter mulieres. Quæ cū audisset, turbata est in sermone angeli, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria; inuenisti enim gratiam apud Deū. Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomē eius Iesum: hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus Deus sedē patris eius Dauid, & regnabit in æternum, & regni eius non erit finis. Dixit autē Maria ad angelum: Quomodo fiet istud: quoniam virum nō cognos-

*tu inuenisti
inquit angelus pro
ut dicitur et quod
in se ipso habet.
Lumen et inquit
angelus, ut quod
videtur etiam.*

cogno-

stola Isaia 6.

ET adiecit Dominus loqui ad Achas dicens: Pete tibi signū a Domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achas: Non petam, & nō tentabo Dominū. Et dixit: Audite ergo domus David: Nunquid parum vobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dominus vobis signum: Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Butyrū & mel comedet: vt sciat reprobare malū & eligere bonū.

PRIMVS SERMO.

4. Reg. 7. **H**Aec dies boni nuncij est, si tacuerimus & noluerimus nunciare, sceleris arguemur. Non incommode his verbis hodie inque hoc Euangelium vtemur. Verè enim hodie illa dies est, qua nobis omnium latissimum annunciatum est gaudium. Primo quidem Maria virgini beatissima, post etià nobis, omnibusq; mortalibus. Et quod magis, eiusmodi nuncium è cœlis per angelum Gabrielem nobis allatum est. Sic S. Lucas refert: Missus est angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Gallilæ, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam Gi-

Epsi
gratificavit nos
dignis debito folio
suo de quo scribamus
in dampno hominis et sa-
crae, ut in multis mi-
sericorditer sit dominica
miserere quod fuit ab

Si in regibus
 quos alius fecit
 in pace facta
 tamque simplici
 regibus, quibus
 multis foris
 non solum **LUC. 1.**
 in pace exoritur
 sed etiam, non
 in regibus oppugnat

ro cui nomen Ioseph, de domo Dauid, & nomē virginis Maria. Ingressus autem ad eam angelus dixit: Ave gratia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Ecce qualis isthęc saluatio sit, cui similis nullis unquam audita fuit seculis. De nobis Scriptura dicit: Eramus omnes filij irę. Nunc autem ad Mariam angelus, quod gratiam inuenerit apud Deū testatur, quod sit gratia plena, Deoq; omnium gratissima. De nobis dictum est: Peccata vestra diuiserunt inter vos & Deū. Hic autē ad virginē dicitur, Dominus tecum. De nobis dicitur: Maledictus omnis qui non permanet in omnibus mandatis huius legis. Hic autē ad virginem dicitur, quod inter omnes sit benedicta mulieres. Ante hęc tempora dicebatur ad dominum: Terribilis es, & quis resistet tibi? Propterea nō solum Adam pręuicator timuit cū dixit: Domine audiui auditum tuum & timui: sed etiam pij quique sibi à Deo timuerunt, vt Iob ait: Aufer Domine manum brachij tui à me, & ne timor tuus te rreat me. Et Dauid: Dñe, ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripas me. Hodie autem virgini dicitur. Ne timeas. An non hoc gaudij plenum nuncium? Quid fœlix illa virgo optare potuisset votis melius, quid petere beatius? Sed dicis: Audio quidem, hanc mirabilem & intellectum excellēs humanum fuisse salutationem, atque huiusmodi personam cui hęc cœlitus venit saluatio, meritō laudandam & ab omnibus beatam prædicandam iudico. Sed qua in re me eadem consolatur, aut quid commodi mihi affert? Perge ergo, in Christo frater, & lege consequentia: inuenies haud dubiē tuas etiam res agi, nec solum tuas, verum etiam mortaliū omniū. Quaris qui sic. Ecce, inquit, concipies in vtero & paries filium, & vocabis nomen eius Iesus. Hic erit magnus, & hlius altissimi vocabitur & dabit illi Dominus Deus sedē patris eius Dauid, & regnabit in domo Iacob in æternū, & regni eius non erit finis. Hęc est illa nunciatio, quæ nos etiam tãgit. Nō hic Iesus Christus, vnicus ille hominū saluator promittitur tantum, sed & datur. Iā, inquit nuncius, concipietur, & nascetur. Quicquid in veteri testamento figuris & prophetis dictis de Messia prædictum est iam implebitur: iā quod olim

Ephe. 2.

Isai. 59.

Iob. 13.

Psal. 6.

p expē

expectabatur, coram videbitur. Cessabunt figuræ, succedet rebus apertas veritas.

Scala Iacob f. manticab. Gen. 28. 12.

Quid latius nobis annunciari potuisset? Vidit Iacob scalā cuius summa cœlum, ima tangebant terram: vidit non solum angelos per eam ascendētes descendētes, verum etiam ipsum Deum innixum scalæ. Hæc scala humanitatē præfiguravit Christi. Per hanc & nos in cœlū imus, & angeli ad nos in terram redeunt. Per hanc nos Deus videt. Christus enim est qui sua humana natura, & quicquid in ea gessit & passus est, conciliauit omnia ea, quæ in cœlis & in terra sunt, hoc est, Deum & hominem, angelicam humanamq; creaturam. Et hæc quidem hodie primum erecta scala est.

Exod. 4. 1.

Hodē modo aliæ nonnullę figurę in Christi incarnatione impletæ sunt. Hodie patriarcha Deus, filio suo Ioseph, hoc est, Christo per Ioseph figurato politā vestē, humana carne scilicet, inquit, mittens eum visitare fratres suos. Hodie verus Moses, & Israëliti populi dux in Aegyptū introijt, veros Israëlitas liberare. Hodie verus de mōre ad nos descēdit Moses, Dei iussa doceret. Eiusmodi plures aliæ figuræ incarnatione Christi cōpletæ sunt hodie. Id quod etiam angeli verba innuunt: Ecce cōcipies & paries filiū, & vocabis nomē eius Iesum.

Psal. 11.

Vide autem quā pulchrē hic describat Christum. Primo, quod nomen eius Iesus sit, id quod saluatorem significat. Quo ostendit hunc esse eum, quem David olim pronunciauit, dicens: Propter miseriā inopum & gemitum pauperū, nunc exurgam dicit Dominus, ponā salutare, fiducialiter agam in eo. Deinde etiam Dei filiū dicit, innuens Deum ab illo tempore nobiscum reconciliatum, quod filium suum nobis in reconciliationis signum donauerit. Dederat quidem olim etiam Noë reconciliationis seu fœderis signum, quod non esset deinde vnquam terram diluuiō dissipaturus. Huius ergo patris signum arcus erat. Nobis verō multo perfectius signum diuinæ promissionis in Christo datum est. Qui enim propriū filium in nostrā naturā dedit, quomodo non etiā cū illo dabit omnia? quomodo negabit minora qui dedit maiora? Quomodo potest non diligere nos? Quomodo abiiciet nos? Verissimē nō abdicat nos, nisi

Rom. 8.

nos

nos illum deseruerimus. Ideo ipse **CHRISTVS** ait: Si Ioan. 8.
filius vos liberat, verè liberi eritis. Nam quis nos con- Rom. 3.
demoet, quos **CHRISTVS** iustificat? Quinetiam si pec- 1. Ioan. 2.
cauerimus aduocatum habemus apud Deum, iustum Ie-
sum Christum, qui & ipse est propitiatio pro peccatis no-
stris. Et quid non filius, & quidem talis, apud talem pa-
trem non obtinebit? Ecce hoc primum est inter ea quæ
hodie proponuntur nobis.

Tertio Angelus Christum regem vocat, nec simpli-
citer regem, sed eiusmodi qui super solū Dauid sedeat.
Quo significare voluit modum & regendi & redimen-
di populum Israël, nempe quo & Dauid olim populum
suum à Philistæorū turmis, & à manu Goliath redemit, 1. Reg. 17.
qui toti Israëlī maledicebat: prouocabat omnes in are-
nam, sed nemo qui congredi auderet reperiebatur, quo-
usq; Dauid non in hoc à patre inermis missus, Gigantē
illum lapide prosternebat, quem in funda habebat. Hoc
ergo in Christo implendum erat. Israël credentem po-
pulum signat, Goliath Satanam, Philistæi regni Diabo-
lici imaginem gerunt. Gloriatur Satan de suo robore, ca-
lumniatur Dei populum, quasi nemo sibi cōferri possit.
At verè nemo cum illo audebat congredi. Nemo enim
sine peccato: tum Satan captiuos tenebat omnes: neq; e-
tiamnum est, qui proprio Marte secum audeat cōtende-
re ferro, ne dicam vincere. Si enim id possemus, sine cau-
sa Christus fuisset mortuus.

Hæc summa est: fortis erat Goliath, nec quisquā erat
qui huic cōparari æquē posset: cōtra hunc fortē Gigan-
tē credentiū populus in castris erat. Prophetæ bella cie-
bāt, ad certamē & conflictū verbo Dei adhortabātur po-
pulū, sed operiri aduentū Dauid, hoc est, Christi neces-
se habebat, sine hoc in casum laborabāt. Neminē horum
formidabat Goliath, soli Christo oppugnandus & pro-
sternendus erat. Et hic quidē primū in castra nostra ve-
nit hodie, hodie lorica indutus, in qua cum hoste con-
gredi voluit, quæ est sancta illius humanitas.

Hodie arma & scutum in manus sumpsit, quibus de-
bellare hostem debuit: sed non externa illa arma, spi-
ritalia omnia, humilitatem, paupertatem, patientiam.

His armis prosterni & succubere hostis debuit, præci-

Isa. 43.

puè autem gladio verbi Dei. Eo modo Christus hostem adortus est, vicit et prostravit, nō sibi sed nobis. Vnde angelus addit, Et regnabit in domo Iacob in æternū. Hæc domus rursus credentē nobis insinuat populum, ad quē Deus: Noli timere serue meus Iacob, quia elegi te, nec repellam te. Tecum ero Dominus Deus tuus, adiutor tuus fortis, dextera iusti mei suscipiet te. Confundentur omnes qui pugnant contra te. Ex his patet omnes in Iacob numerari, quos dextera iusti, hoc est, Christus suscipit. Ideo nobis mortem, peccatum & Diabolum, à quibus semper nobis timuimus, deuicit: vt nunc liberati, alacri mente Deo gratias agere, alter alterius curas leuare ac possemus dicere: Ne timeas Christi redempte sanguine, nemo est qui nunc denique possit nos expugnare: peccatum ablatum est remissumque, mors deuicta iacet, ira omnis & indignatio seposita, gratia & pax parata est. Satan occubuit, huius funditus euersum regnum est.

Psal. 92.

Psal. 96.

1. Cor. 15.

Christus Dei filius altissimi, rex & dñs est, indutus & decorem & fortitudinē, de quo omnis terra & insulæ tentur. In hanc sententiam etiā Paulus scribit: O mors ero mors tua. Vbi est mors victoria tua: vbi mors stimulus tuus. Stimulus autem mortis, peccatum est. Certum enim est, vbi peccatum non est, nullam morti in hominem potestatem nullumque ius esse: quin nec stimulus illi est, quo hominem adoriatur. Christus enim confregit eum. Propterea etiam Paulus ad agēdas gratias Deo hortatur: Deo, inquam, qui dedit nobis victoriā per Dominum Iesum Christum. Id ipsum etiam angelus vult cum ait: Et dabit illi Deus sedē patris eius: quasi dicat. Quemadmodum David olim licet minor natu inter fratres, fortem deuicit Goliath, suumque hoc facto populū liberauit, ita etiam hic Iesus solus ille futurus est, qui Satanam esset deuicturus. Hunc Dauidem denunciat angelus, iam in propinquo esse intimat, foreque vt hominem indutus cum hoste pugnaturus in arenam descēdat. Op

Ibidem.

Luc. 1.

tima profecto nunciatio.

Cur enim nunc porrō nobis à gigante illo Goliath, à maligno spiritu timebimus, Christum verum David nobiscum & à nostra parte habentes? Timeāt illi quibus Iesus præsto non est. Huic enim nihil potest resistere:

Con-

Confidite, inquit, ego vici mundū. Hæc ergo nobis hodie cogitanda sunt, his occupari, de his loqui & cōferre, pro his gratias Deo agere debemus semper. Si enim de hac gratia tacuerimus, sceleris arguemur. Propterea enim venit Christus, in hoc vocati sumus, vt ipsi Deū magnificantes, alijs etiā eius manifestemus magnalia, vt David quondā ait: Dñs de cœlo in terram aspexit, vt audiret gemitus compeditorum, & solueret filios interemptorum. Er iterum: Vt annunciant in Sion nomen eius, & laudem eius in Hierusalem. Sic & Petrus, in hoc nos vocatos dicit, vt virtutes illius prædicemus, qui è tenebris vocauit nos in admirabile lumen.

4. Reg. 7.

Psal. 101.

1. Pet. 2.

Isa. 9.

Sic etiam Isaías prædixit fore vt credentes noui testamenti, cum Christus venerit, latentur exultentq; sicut qui latantur in messe, sicut latantur & exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia. Et sine dubio omnes latantur, quibus Christus nascitur. Sed & certissimum verè credentis signum est, in huiusmodi rebus exultare. Mundi enim filij de alijs gaudent, sæpissimè frivolis & vanis. Hic verò vera ratio est plenæ & perfectæ lætitiæ in Deo. Adde quod piè Christianus ex Euangelio & festo hoc petendi & orandi occasionem sumet, vt sibi peculiari quodam modo in salutem & consolationē veniat, sibiq; saluator maneat in perpetuum. Deus Opt. Max. suam nobis largiatur gratiam, Amen.

SECUNDVS SERMO.

SI quem later, cur noui testamenti doctrina, dicatur Euangelium, hoc est, lætum nunciū, ex hac festiuitate facile addiscet. Prima enim verba, quibus annuncius est Christus, fuit Euangelium, quod Christus incarnatione, vita, morte, & resurrectione tū verbo suo & miraculis ita auxit, & per Apostolorū suorū prædicationes in totum orbem diuisit, vt meritò hæc, quam dixi, noui testamenti doctrina vocetur Euangelium.

Habet quidem & mandata sua, nonnunquam etiā interminationes, christi doctrina, sed plerunq; et plurimū læta & voluptatis plena est: bonum enim & quod voluptatem aliquā habet nuncium vincit & penetrat, vt mentes nostræ magis alicui rei afficiantur: id quod pulchrè in hoc Euangelio videre est, quod est initium omnis Christi

- stianæ doctrinæ. Nihil enim hic vel de Deo, vel angelo, vel de hominibus annunciat, præter bonum. Omnia læta & grata. Sed non ea in omnibus locis ratio est. De
- Psal. 11. 7.** Deo quidē David grata loquitur cū dicit: Benedicite domino quoniam bonus, quoniā in æternum misericordia eius, Sed nihilominus interdum eiusmodi de eodem etiam leguntur, quæ formidabilia, vt idē Propheta exclamat: Terribilis es, & quis stabit contra te quando iraseris? Sic David etiam testatur, quod certō Deus mandauerit de nobis angelis, vt custodiāt nos in omnibus vijs nostris, ne fortē offendamus ad lapidem pedem nostrū. Interim tamen de ijsdem legimus, quā sint seueri & virgētes diuinæ iustitiæ contra homines executores.
- Gen. 19.** Sic duo eorum euerterentes Sodomam omnes inhabitatores eius perdiderunt. Sic vnus ex illis percussit primogenita Aegypti omnia, alius quoque in castris Assyriorum centum octoginta quinq; virorum milia deleuit. Sic sex illis in Ezechiele præceptū erat vt omnes, iuuenes & senes, virgines, pueros & mulieres, qui non haberēt signū Thau in frontibus suis, occiderēt. Simile in Apocalypsi Ioānis legimus quatuor angelos stātes sup quatuor angulos terræ, tenētes ventos, ne flaret ventus super terrā, neq; super mare, neq; in vllā arborē, vt nocerēt terræ & mari. Ad quos quint⁹ alius magna voce clamabat dicēs: Nolite nocere terræ, neq; mari, neq; arboribus, quoad usq; signemus seruos Dei nostri in frontibus suis. Eadē ratione nonnunquā de hominibus bona & pia legimus, sed de paucis, plerunq; tñ de omnibus fere nihil præter malum & impium, vt ipse Deus testatur: Nō permanebit spiritus meus in homine in æternū, quia caro est. Et David Propheta: Omnes declinauerunt, & inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsq; ad vnum. Et: Vani sunt filij hominum, mendaces filij hominum in stateris, vt decipiant ipsi de vanitate ipsorum. Et iterum: Omnis homo mendax. Et Isaias: Immundi omnes, & omnes iustitiæ nostræ tanquam pannus menstruatus.
- Patet ergo sæpe in scripturis terribilia & tristitia cū de Deo & angelis, tum de hominibus inueniri, at hodiernū Euangelium omnia habet læta, omnia iucunda. In hoc enim Deus nouum testamentum à veteri discernere

nere voluit, vt verè dici posset: Vetera transferūt & ecce noua facta sunt omnia, vt omnia in eo essent iucundiora, quo praeerita fuerūt magis lugubria. Et quidē ita factū est: & quia ita factū esse indubie credimus, ideo latamur & exultamus; tā. n. beneuolū se Deus hodie exhibuit, q̃ se olim ostendit seuerum. Sic enim in Isaia ex spiritu sancto dictū est: Ad punctum in momento dereliqui te, & in miserationibus magnis cōgregabo te. Et in Zacharia: Zelatus sum Hierusalem & Sion zelo magno, sed reuertar ad Hierusalem in misericordijs.

Similis angelorum & omnium creaturarum ratio est, quibus Deus voluit seuerē ad correptionē & euersionem hominū, ita nunc beneficē vitur ad defensionē & tutelam earundē. Amē amen dico vobis, inquit Iesus ad Nathanaēlem, a modō videbitis celos apertos, & angelos Dei descendētes super filium hominis. Et alio loco: Gaudium erit angelis Dei, super vno peccatore poenitentiam agēte. Huc pertinet, quod quondā per Prophetā Isaiam de pace & quiete in Christū credentium, praedixit. Hinc in Osee dicit: In illa die percutiā eis cedus cū bestia agri, & cū volucre caeli, &c. Et: Exaudiam celos, & illi exaudiet terrā, hoc est, erunt omnia pacata quae in caelo, & quae in terra. Quo autem pauperior & carnalior per primi parentis peccatum homo factus erat, eo cum mulatius & superabundantius suū Deus spiritum super eum effudit, quemadmodum id se facturum promiserat: Effundam de Spiritu meo super omnē carnē, & prophetae filij vestri & filiae vestrae, senes vestri somnia somnabunt & iuuenes vestri visiones videbunt. Et in Isaia. Laetabitur in deserta & inuia & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. Et quidem haec omnia Dauid in spiritu praeuidebat, cum ait: Nunquid in aeternum proiciet Deus, aut non apponet vt complacitor sit amplius: aut in finem misericordiam suam absceindet, cessauit verbum eius a generatione in generationē? Aut obliuiscetur misereri Deus, aut cōtinebit in ira misericordias suas? Saecula. Quasi diceret: Minimē illa rerū cōditio, meliora & iucundiora speranda sunt. Haec ergo dies initiū laetitiae est. Neque. n. ab exordio mundi vnquam se Deus tam amicum homini exhibuit. Tum nec angeli vnquam ea reuerētia,

2. Cor. 5.

Isa. 54.

Zach. 1.

Ioan. 1.

Luc. 15.

Isa. 11. 32.

Osee. 2.

Isa. 35.

Psal. 76.

eā beneuolentia erga hominem vñ sunt, quā se hodie ostendunt. Nemo hominū à condito mundo tantā gratiæ mensura perfusus est, quanta Maria virgo beata. Si nosse cupis quā bonus quā pius Deus pater hodie nobis factus sit, audi Euangelistā dicentē: Missus est angelus Gabriel à Deo in ciuitatē Galilææ, cui nomē Nazareth, ad virginem desponsatam viro cui nomen Ioseph, de domo Dauid, & nomen virginis Maria, &c. At quis hunc misit? Ipse Dominus Deus. Quorū In hunc terrarū orbem, præcipuē tamen in Israël. Ad quem? Ad virginem. Quorū? Ad annunciandum Christi Dei vnigeniti aduentū. Is verò quomodo venire voluit? Incarnari, hoc est carnem in se assumere voluit, eamque ex virgine. Ad quid ipsum? Vt totum humanū genus à peccatis à perditione, à morte redimeret, & redemptos in regnum Dei perduceret.

Ecce quæ & quāta hodie de Deo Lucas nobis Euangelizat, quæ si cōparaueris aliās de Deo manifestis, multis parafangis præcellere videbis. Magna quidē & præclara sunt, quæ Deus quondam Scriptura testante, Noë, Abrahæ, Moysi, Dauid, et Israëlitis in genere exhibuit, sed ea vni tantum populo, priuatis quibusdam personis exhibita. Verum quæ hodie à Deo perfecta sunt, omnes in vniuersum homines tangunt, non vnum solum. Nemo hic secluditur, omnibus sese patrem Deus exhibet. Sed nōne hoc vnum ingentis fidei, spei, deuotionisque omnibus credentibus causa est?

Sed & sequentia videamus. Nōne angelorum erga homines reuerentiā vis? Audi quid Lucas dicat: Ingressus ad eā angelus, dixit: Ave gratia plena, Dominus tecū, benedicta tu inter mulieres. Et mox: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deū. Vbi eiuscemodi præcedentibus seculis facta legis? Et quidem ab origine rerum multa hominibus præstiterunt angeli, sæpe periculis eximerunt, sæpius verbis consolati sunt: sed nihil adhuc nostrā. Maioris ponderis hæc, omnia summa & excellentia. Iam tēpus erat, quo pace coniungerentur quæ in cælis, & quæ in terris, inter angelos simul & homines. Sed qua fronte angeli seueritatem aliquam erga nos præ se ferrent, cum ipse Deus faciem suam in nos direxit.

xit. Vide ergo num hinc etiam & fides & deuotio nostra incrementum sumat?

Vis diuitias effusæ gratiæ Dei in noui Testamenti homines agnoscere: Qua ratione, quibus verbis hanc primam noua legis personam Lucas depinxerit, videas. Quæ cum audisset saluantem angelum, turbata est, inquit, in sermone angeli, & cogitabat, qualis esset ista salutatio. Quærit dein: Quomodo fiet istud?

Tertio, sese libere ac beneuolè Dei Opt. Max voluntati contradidit, dicens. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Deniq; magna voce clamat: Magnificat anima mea Dominum, & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Ecce quàm pulchrè quàm commodè isthæ virgo Dei gratiæ respondeat. Quo abundantiore gratiam audit, hoc magis magisq; sese humiliat. Humiliter eam angelus visitat, at illa verò eius turbatur, aspectu. Laudatur ab angelo, sed illa, respexit, inquit, humilitatem ancillæ suæ. Angelus loquitur, Dominus tecum: illa, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Angelus rursus: Benedicta tu inter mulieres, at illa: Magnificat anima mea Dominum. Sactum eius nomen est, quia fecit mihi magna qui potens est. Angelus: Inuenisti gratiam apud Deum. at illa: Suscepit Israël puerum suum, recordatus misericordiæ suæ. Nō mihi tantum nec meo merito hoc factū est, sed ob omnium salutem, & ex gratia & veritate Dei.

Vide qualem se erga Dei dona exhibuit. Et quomodo Deus pro tā profunda humilitate quæ in illa erat, suā gratiam porrò non auxisset? Quomodo huic cohabitare ipsos etiam angelos non reficeret? Sed hic quæritur: Vnde hæc beneficētia nobis obtigerit, quod Deus se magis propitium, angeli magis amicos, & deniq; Dei gratia abundantius in omnes nos hoc tempore, quàm vnquam antè, manifestè & offerat? Verum id nemo præter Christum Iesum Dei filium, qui hodie homo factus est, & quarta in hac Euāgelica lectione persona inducitur, confecit. Hunc enim habentes, & patrem, & angelos, & reliquas omnes creaturas habemus.

Ecce hæc sunt, quæ præsens denunciat festiuitas, atque inde iā robur sumat fides nostra, quæ cuiuscemodi

nobis donada à Deo & angelis promittit. Si enim De^o olim hominibus benefecit propter filium adhuc tunc nascendum: quid denegabit modo eiusdē filij iam nati, & fratris nostri facti respectu? Si tanta cum maiestate David homines antē natum filium consolabatur, haud dubiē idipsum nūc fieri potest merito. Sed quid David addit: Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur, dicit domino: Susceptor meus es tu & refugium meum, Deus meus sperabo in eum.

TERTIUS SERMO,

*usum habet & festi Euan-
gelij huius diei.*

SI succinētē vnoq; verbo dicendum mihi esset, quid Mater nostra S. Ecclesia hac festa die, hac Evangelica lectione velit, quid nobis inculcare studeat: non video quo id agam commodiore, quā quod magnus ille Nabuchodonosor olim, iusto Dei iudicio aliquo tēpore regno pulsus, tandē reuocatus, in omnes terras personabat scribens: Signa inquit, & mirabilia fecit apud me Deus excelsus: placuit ergo mihi predicare eius signa, quia magna sunt, & mirabilia eius & fortia, & regnū eius regnū sempiternum & potestas eius in generatione & generationem. Hæc ille. Sed quis tam ignarus rerū, qui non etiā Ecclesiā videat hodie simile quid facere? Dei signa & mirabilia cogitat, predicat & laudat.

Quid enim isthæc festiuitas est aliud, nisi læta quædā mirabilium Dei meditatio? Quid hodiernum Evangelium, nisi aperta miraculorū Dei denunciatio. Quid hodiernæ Ecclesiæ cantiones, quā merē pro mirabilibus Dei, gratiarum actiones? Quod si vnquam aliquis hominū, taceo interim de Ethnico rege verē dicere potuit, quia signa & mirabilia apud me fecit De^o excelsus: certē nos qui Christo nomina dedimus, idem hodie dicere poterimus. Moses quidē multis enumerat magnalia Dei, populo Israeli exhibita, cū per desertū ad terrā promissā eos duceret. Concludit tandem his verbis: Non est alia natio tam grandis quæ habeat Deos appropinquantē sibi, sicut Deus noster adest nobis. Dauid omnem mouet lapidem, vt pro dignitate exornet miraculum, quo Deus olim Israëlē in deserto pane

cœlesti

Psal. 90.

Dan. 3.

Dan. 4.

Deut. 4.

Psal. 77.

cœlesti cibavit. Nubibus, inquit, mandavit desuper & ianuas cœli aperuit, & pluit illis manna ad manducandū, & panē cœli dedit eis. Panē angelorū māducauit homo, cibaria eis misit in abundantia. Quæ Deus ostenderat Nabuchodonosor laudat & prædicat magnalia & signa, Dan. 4. & enim erāt mirabilia. Verū etsi coniungas oīa quæ Moses de peregrinantibus per deserta Israhēlitis facta esse testatur, quæ David de Manna loquitur, quæq; Nabuchodonosor de sui deiectione, & restitutione prædicat, parua & propē nulla sunt collatione eorum, quæ hodierna nobis festiuitas mirabilia ostēdit & denunciat. Illa enim externa tantū & corporea dona erant & Dei opera, hæc vero omnino cœlestia, diuina, spiritalia. Illa tantū figura & vmbra huius excellentioris erant, hæc veritas & plenitudo est. Si magnum arbitramur quod Deus quondā miseriam Israhēlis conspexit, & misertus est, missoque Moysē eos inde redimeret; multo præstantius est, Deum mera misericordia motum, hodie in mundum misisse filium vnigenitum, per hunc visitasse plebem suam, erectoque salutis cornu, ex peccato, morte, inferno, damnatione, & æterna maledictione eripuisse. Si magnum est Psal. 77. quod cœlum, imò nec cœlum sed nubes aperuit Deus, & pluit manna, quod insufficiens erat conseruare vitam Ioan. 6. hominis perpetuo, quin magis ipsam putrefactum nau-seam præbuit, in mane seruātū, excepto sabbatho, maius profectò est, quod hodie nō nubes solum, sed iptum cœlum verè aperuit, indeq; demisit verum & vnicum panem, verum suum & viuificum; verbum, quod per se nunquam putrescit, sed in æternum manet, & participantes in sempiternum viuos conseruat. Ioan. 6.

Tertio, tandem si magnum ingentis gratiæ argumentum est, quod Deus Ethnicum Regem, quem nuper iusto iudicio, horrendo impetu humiliauerat, vt omni honore, autoritate, opibus, imò etiam ratione ipsa priuatus, nō iam homini sed irrationali creaturæ similis esset, tanta pietate clementer erigit, in integrum restituit: excellentioris benignitatis certissimū indicium fuit, omniq; laude & prædicatione dignū quod Deus totū genus humanū, quod per originale peccatum omnia in creatione accepta bona perdiderat, insuper omni malo obnoxii,

in

in exilio positum, demum lumen diuinæ agnitionis ipsamq; veritatem amiserat, eaq; propter comparabatur
Psal. 48. iumentis insipientibus, vt David testatur, tam piæ & paterne per Christum ex omni malo ereptum, eximijis donis & gratijs decorat, nec solū in hominē rursus cōmutat, verumetiā sanctis angelis cœlestibusq; ciuibz æquiparat. Hæc vero omnia hodie facta sunt: hodie Deus e cœ

Psal. 101. lo in terram despexit, vt audiret gemitus compeditorū, & solueret vincula interemptorum. Hodie fœlix terra, beata virgo cœli panē concepit quo postea totus mundus cibatur, atq; etiamnū fūstetur. Hodie Deus lapsum hominē summa gloria & honore coronauit, dū ipse in filio vnigenito, humanā assūmit naturam factus homo.

Magna, fratres, hodie signa & mirabilia facta sunt, quæ solus Deus fecit, & ille quidem, cuius regnū sempiternum est, cuius potestas in generationem & generationem: apud nos fecit, apud nullā enim aliam gentem

Psal. 147. similia fecit. Sed & nobis datū est, nosse mysteria regni cœlestis. **Luc. 8.** Nobis manifestauit Deus per spiritum suum, seculi huius sapientibus incognita. Quid ergo restat, nisi

1. Cor. 2. vt cum Nabuchodonosor eiusmodi Dei signa & mirabilia cogitemus sedulo, eaq; alijs prædicemus, imò exordium nostræ redemptionis cum deuotione, vt Ecclesia canit, & gratiarū actione recolamus, dicentes: Gloria tibi domine. Hoc ergo Ecclesia non hodie tantum agit, sed aliās etiam semper, quotiescunque sanctam Christi incarnationem recolere contingit, summum illud & pretiosum nomen repetit, Et homo factus est. Hoc, inquam, nomen Ecclesia pretiosum æstimat, in cuius meditatione pius quisque principio inestimabilem deitatis in nos charitatem, qua mota filium demisit, cogitat. Deinde etiam paratum filij obedientiam, qui cum esset in forma Dei, formam serui induit. Nec pudet Ecclesiam in genere vel etiam pium, quemlibet humi prostreri, in eius honorem qui non dubitauit de cœlis in terras descendere & à gloria Dei in profundissimum exilium humanæ massæ sese exinanire.

Rom. 3.

Philip. 2. Hac ratione Catholica Ecclesia præsentem festiuitatem celebrat, hoc modo incarnationem Christi Iesu veneratur toto anni circulo. Et quid decentius? Quis non hæc

hæc gratiæ mirabilia adorat? Pseudochristiani & impij homines sint necessum est, hæc negligentia prætereuntes. Si enim afficerentur, & gratum esset, filiū Dei Deū nostri causā hominem factum: proculdubio flexis terræ genibus, in cælum manibus oculisque sublati, Christo pro incarnatione sua grates persoluerent. Agite o fratres, si non præter æquitatem, si non indignum, diuinam maiestatem carnis infirmitate & humana natura commutari, imò permittere crucifigi, amarus mortis dolores perpetui, vt nos ab æterno cruciatu liberaret, & in sempiterna gaudia exaltaret: cur ergo nobis indignum videretur eius rei gratia flectere genua. Ergo igitur exordia nostræ redemptionis cum deuotione recolamus: vnaq; cum Ecclesia cantemus: Gloria tibi domine Iesu Christe. Et hæc quidem in genere de hac festa die dicta sint.

Nunc porro historiam huius Euangelij aliquanto fusius tractare licet, quia & ipsa profundioris meditationis occasio erit. Multæ enim in ea introducuntur personæ, quæque etiam earum singulare quid significat. Prima igitur ipse Deus est, qui meritò primū tenet locum.

Ab ipso enim omne descendit bonum datum, & perfectum donum. Ille visitat terram & inebriat eam, multumque ditat eam. Ille nisi ædificauerit domum inuaniunt laborant qui ædificant eam: & vt summam perstringā omnia, ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi honor & gloria in secula seculorum. Hic ergo est, qui Gabrielem misit angelum: hic beatam elegit virginem, sanctificauit, fecundauit. Hic etiam vnigenitum suum in mundum in humanam naturā demisit. Et quis adeo cæcus est, quin videat hic multa pio meditanda relinqui? Magnum profecto aliquid est, quod Deus in nostrum ministerium angelos demittit, vt Paulus testatur: quin etiam demandans illis, vt custodiant nos in omnibus vijs nostris. Iam verò D. Paulus quā laborat in benedicendo Deum, quod omnes nos in genere elegit: quanto ergo virginis matris electio maior est?

Tertium Christus ipse prædicat: Sic, inquit, Deus dilexit mundum vt filium suum daret vnigenitum. Et Ioannes: In hoc, inquit, apparuit charitas Dei, quod filium suum vnigenitum misit in hunc mundum vt per eum

Iacob. 1.

Psal. 64.

Psal. 126.

Rom. 11.

Heb. 1.

Psal. 90.

Ephes. 1.

Ioan. 3.

Ioan. 4.

eum

eum viuamus. In hoc consistit charitas Dei, inquit, non quod nos dilexerimus Deum, sed ipse prior dilexit nos, & dedit filium suum in reconciliationem pro peccatis nostris. At hæc quidem piè Christianus in prima illa persona, quæ Deus est, cogitare potest.

Luc. 2.

Secunda persona, angelus Gabriel est. Hic mittenti Deo obedit. Honestè & reuerenter salutat virginem, fideliter iussa voluntatemque Dei exequitur: piè, turbatam consolatur: diligenter in fide sterilis Elizabeth exemplo confirmat. Et tantum hodiernum Euangelium de angelo cogitanda offert: omnia eiusmodi, quæ ad multa eaque bona nos adhortari possent. Si enim Angeli non solum eam obedientiam præstant Deo, verumetiam nobis mortalibus gnauiter ministrant, quam labem nobis ipsi inurimus, si vermes nos mortisq; mancipia nec Deo debitam obedientiam præstamus, nec alter alteri inuicem dilectionem exhibemus?

Tertia persona, ipse Christus est, quem ut æquum est, Lucas summa cum diligentia, omnibus enumeratis conditionibus, describit. Quarum quidem ex hac ipsa lectione plurimæ sumi possunt: primum, quod Mariæ sit filius, unde verum hominem esse sequitur: secundum, quod filius solius virginis, quando angelus testatur, altissimū & spiritum eius solum in hac cōceptione operari. Unde sequitur Christum sine originali peccato natum, omni delicto liberum. Atque hinc certiores reddimur, pro nostris tantum peccatis laborauisse & passum esse, cum proprium non haberet quod expiaret delictum.

Matth. 1.

Tertio, quod Iesus dicatur, id est, saluator, eo quod, quemadmodum & angelus in Matthæo dicit, populum sit saluum facturum à peccatis eorum. Quarto, quod Rex dicitur, id quod sine populi alicuius proprietate non potest intelligi. Neque enim sine regno rex erit. Quinto,

Ioan. 3.

quod in perpetuum rerum sit summa potiturus. Id quod ostendit, non de hoc mundo eius regnum esse, sed spiritale & cœleste planè. Nulla enim in terris est potentia perpetua, nullum hic regnum sempiternum. Solum Dei

Dan. 7.

regnum cui Christus præsidet æternum est. Sexto, quod non solum sanctus verumetiam ipsum sanctum vocatur, id quod certò ostendit, se nos quoq; posse sanctificare, Postre-

Postremo, quod etiam filius altissimi, imò Dei filius vocatur, unde spes nobis venit, fore ut nos etiam bonorum Dei quorum ipse naturalis hæres est, participes efficiat. Ecce omnia ista Euangelium de Christo proponit meditanda. Vbi etiam quilibet videre potest, quis sit CHRISTVS, & quæ nobis de ipso spes, quæ debeat esse expectatio.

Quarta persona, cuius hic fit mentio, beata virgo est, de qua multa prædicantur. Primum enim ipsa corpore & mente virgo fuit, quemadmodum illud ex proprijs ipsius verbis colligere licet. Secundo, quod ab hominibus separata fuerit, iuxta Hieremiæ doctrinam, qui bonum esse testatur, cum silentio præstolari salutare Dei. Thren. 3.

Tertio, quo maiora ex angelo audit, eo magis sese deprimat. Quarto, cum diligentia annunciationi angelicæ intendit. Quinto, summa cum constantia modum rei perquirat. Postremo, se totum diuinæ volûtati subdit. Ecce, inquit, ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Quo dicto Christum concepit, quem postea totius mundi gaudio & consolatione peperit. Hæc ergo sunt, quæ meditanda hodie hæc Euangelij proponit historia. Iam quemadmodum hæc quatuor personæ in incarnatione Christi conuenire, ita etiam adhuc simul conueniant, vbi Christus spiritaliter in homine nasci debet, necessum est. Principium Deus largitur: nihil enim ex nobis ipsis possumus. Ipse bonam voluntatem indit, & largitur perficere. Tum nemo ad filium venit nisi pater traxerit eum. Sed quomodo Deus saluat nos? per Christum. Ecce secunda persona. Sed vbi inuenitur Christus? In verbo angeli, intellige, prædicantis. Hæc tertia, quæ ad iustificationem pertinet persona est. Fides enim ex auditu verbi Dei est. Sed nemo audit sine prædicat. Ioan. 15.
Phil. 1.
Ioan. 6.

Rom. 10.

Quarta persona, quisque Christianus est: huic Mariæ sequendum est exemplum. Segregari à mundo, humilitatem cum obedientia præstare, audire, fidem dictis habere, credere, sequi. Sic futurum est, ut per spiritum Christus conceptus, tandem per omnis generis bona opera exterius nascatur in lucem. Deus Opt. Max. hæc & sentire & perficere sua gratia largiatur, Amen.

QV AR-

QUARTVS SERMO COMPARA-

*tionem habet incarnationis & concep-
tionis cum Templi edificatione.*

2. Par. 2.

Magna erit, quam ædificabo, domus : magnus enim Dominus Deus noster præ omnibus Dijs, dixit quondam templum ædificaturus Salomon. Verba quæ non parum huic festo conueniunt, id quod breuibus indicabo, vobis altioris meditationis occasionem ministrans. Primum quidem in mundi negotijs videmus pulchrum & egregiũ opus multa requirere. Nempe? Principio artifex industrius, materia pretiosa sit necesse est, tum etiam instrumenta requiruntur commoda. Deniq; illum insipidum Christus dicit, quem rideat

Luc. 14.

1. Par. 29.

omnes, qui ædificaturus egregium quid non prius secum computat, si sumptus perficiendi suppetat. Salomon ergo prudenter, vti regem decet, iussus à patre, Deo templum extruere, cum multa quæ ad eam rem pertinere videbantur: aurum, argentum, ferrum metalla, & alia id genus, ad manum essent: non tamen hoc opus auspiciatur nisi omnibus abundatè paratis. Et quidem multa de longinquis terris aduexerat. Id quod scriptura testatur, cum refert, misisse Salomonem in Tyrum ad regem Hyram, indicasse, quomodo in animum induxerit suum, ædificare templum, illudq; magnificum, vt Deo Opti. Maxi. dignum est: rogasse igitur vt prudentem magnæque industriæ virum, qui nosset auro, argento, metallis, ferro atque alijs celata opera exsculperet: tum etiam ligna Cedri aliasq; arbores de Libano mitteret, &c. Quæ omnia Salomon magno sumptu per mare versus Ioppè aduexit, vt postea ijs vteretur in edificando templo. Atque hæc quidem nuda historia, huic festo non parum inferuiens. Templum igitur quod edificauit Salomon, in quo prece inuocari & hostijs honorari Deus voluit, figura est sanctissimi corporis humanitatis Christi, in quo Deus plenitudo habitauit.

2. Par. 2.

Et hoc quidem ipse Christus in sinuat, cū corpus suum templum quoddã dicit: Destruite templum hoc, inquit, & in tribus diebus engam illud. Hoc autem de templo corporis sui dixit, Ioannes addit. Quin idem ipse Ioannes in Apocalypsi de mystico Hierusalem loquens dicit:

Col. 2.

Ioan. 2.

Et

Et

Et templū in ea non vidi. Dñs enim Deus omnipotens Apoc.21. templum illius est & agnus. Hoc ergo verum Dñi templum est: in quo solo, Deo patri grata est nostra oratio, & oblatio. Per Christum enim accessum habemus ad pa Ioan.16. trem, & in huius nomine exaudit nos cū quid postula uerimus à se. Imò etiam propitiatio pro peccatis nostris 1. Ioan. 2. ipse est. Ea propter multa requirebantur pręparatoria, priusquam isthęc domus ædificaretur.

Quid enim aliud in veteri instrumēto egit Deus, quā ut omnia ad hanc rem necessaria prępararet? Ecce prima etiam creaturarum creatio, quid nisi quædam pręparatio huius structurę fuit, de quibus Paulus certē aperte pronunciat, omnia propter Christum facta esse, omnia decori huius structurę inservire Ipse enim Deus Pater cū hunc vnigenitum suum in pectoris sui arcano habebat, manifestaturus eum certo tempore, iam tū thesauros illi congregat auri, argenti, margaritarum, & omnis generis utensilium, pallatium quoque illo dignum ædificare cogitat, tum quicquid ad instructionem & conseruationem Regiæ aulę & Maiestatis pertinere videri possit, ut aulicos plurimos, populi numerosam multitudinē huicque pręfectos, duces, antesignanos, & alios pręparat & curat. Qui omnes diuersimode ornati in conspectu Regis supra solum suum sedentis apparerent.

In hunc ergo finē Deus omnia creauit: Cælū ministratorijs spiritibus impletur, terram tā multis tāq; varijs creaturis, ut eo modo vnicū suum natum opulentissimo honorificētissimoq; regno pręficeret, & in eam habitationē introduceret, quę nullo careret. Sic ergo prima rerū creatio nihil aliud fuit, q̃ ad humanitatē Christi quidā apparatus. Eadē etiam ratione hominē ab initio Deus Gen.1. benedixit, imò ad suā ipsius imaginē & similitudinē formauit. Eadem post lapsum ipsi benedictum semē promi- Gene.3. sit. Eadem nō omnem carnem diluuii aquis deleuit. Ea- Gen.7. dem Abraham eiusq; posteritatē elegit, & huius popu- Gen.12. li causā tanta & tam multa fecit, magnis Regibus horum causā profligatis & deletis. Eadem, inquam, causā pro- Psal.104. missum mulieris semen toties in Prophetis renouat.

Et quid illa omnia nisi pręparatoria quædā illius domus, quam filio suo Deus ædificaturus erat, ipsius, in-

q̃ quam,

quā, incarnationis Christi. Si. n. quæsieris, cur ea omnia deus fecit, respōdebit tibi: Magna erit, q̄ ædificabo domus. Cū ergo templū illud Salomonis figura corporis christi est, illudq; idē corpus hac die per Spiritū sanctū, in casta virginis formatū est aluo, penitius aliquāto circūspiciam⁹ hoc tēplū Salomonis, atq; inde nostri tēpli, hoc est, sanctissimi corporis Christi discam⁹ dignitatē.

Et primo quidē, fuerit licet magnū & honorificū Salomonis templū, nullus tū (testante Scriptura) in eius ædificatione mallei vel ferri sonitus auditus est. Id ergo in incarnatione Christi impletū est, & satis quidē apertē

Luca. 1. Euangelista indicat: Missus est angelus Gabriel à Deo ad virginem, cui nomē Maria. Ecce tibi officinā, in qua corp⁹ christi formatū est. Quæ extrinsecus quidē nihil admirandum, nihil habet excellēs: intrinsecus verò ornata decētissimē omnis generis gratijs. Sic nec malleus ullus in formatione Christi auditus est, nullū humanū accessit opus, sed, vt angelus ipse ait, spiritus sanctus desuper cœlit⁹ venit, & sola altissimi virtus operata est.

Vt ergo insolēs quiddā præ se ferre videtur, qd̄ meritō quis miretur, Salomonē suum templum sine malleis ædificasse, ita etiam num mirantur increduli, quomodo virgo inuiolata virginitate potuerit concipere & parere filium. Quibus solum hoc responsi damus: Quia apud Deum non est impossibile omne verbum. Et hæc quidem prima huius domus dignitas est. Sanctum Iesu Christi corpus, domus est, in qua ipse deus essentialiter habitare voluit, vnde necesse fuit, eiusmodi corpus differentia quadam discerni ab alijs corporibus. Nostra corpora naturali quodam modo formantur, eoq̄que mortalia, imò & impura, & ad peccata prona. Christi autem corpus nō ita, sed per Spiritum sanctum formatum, eoq̄que persistens & mundum.

Atque ita fieri nobis necesse erat. Quomodo enim immundus mundum faciet immundum: quomodo peccatorem iustificabit peccator ipse: quomodo ditabit alios ipse pauper: qua ratione viuificabit alios ipse mortuus: qua via saluabit alios qui ipse salutis expertus?

Heb. 7.

Ideoq̄que Paulus: Talis decebat vt nobis esset Pontifex, pius, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus.

tori-

toribus, & sublimior cœlis factus, cui non sit quotidie
necesse quemadmodum illis Pontificibus, prius pro pro-
prij peccatis victimas offerre, deinde, p peccatis populi.

In hoc primum Salomonis templum figura Christi
fuit. Secundo, idem templum orationi & religioni de-
dicatum fuit, habeatq; promissiones suas, quod Deus
exaudire preces & sacrificia suscipere velit in eo, qua to-
tus vbique mundus promissione carebat. Hinc Daniel
in seruitute Babylonis, quotidie versus Hierusalem aper-
tis fenestris orabat. Sed melius hæc omnia & perfectius
in Christo impleta sunt.

Principio hoc sanctissimi illius corporis templū pro-
priè orationi dedicatum est. Est enim oratio mentis in
Deum ascensio. Quis verò hominum ad Deum ascende-
re, aut coram Dei maiestate sine mediatore apparere au-
debit? At Christus verò Mediator noster apud Deū est.
Qui si igitur cum fructu orare, si ad Deū ascendere, co-
ramq; illo apparere vis, accede Christū. Deinde, in hoc
templo, in Christo, inquā, certā promissionem habemus,
quod in illo, & per illū nos exaudire velit Deus. Ipse pa-
ter amat vos, inquit, quod vos me amastis. Et quicquid
petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.

Sic & Paulus Christum, cum pro nobis precationes
& supplicationes offerret, exauditum pro sua reuerentia
testatur. Est enim ipse fili⁹ ille dilectus, in quo sibi bene
complacuit. Atque ea propter ipse Christus dicit: Pater,
gratias ago tibi quoniam exaudisti me. Ego autem scie-
bam quod semper me audis. In nullo igitur tam certas
promissiones comperies, ideoq; S. Christianorum Ec-
clesia preces suas omnes nulla alia via Deo offert, nisi per
Iesum Christum dominum nostrum. Et hoc secundum
quo Salomonis templum præfiguravit Christum.

Tertio in hunc etiam finem illud templum ædificaba-
tur, vt in eo sacrificaretur. Neque enim sine expresso
Dei mandato alibi sacrificari licuit. Vnde in Babylone
conqueruntur, quod exusto templo, omnis sacrificandi
sublata videretur occasio. Quin si quando alibi, vt in
montibus, sacrificare nitebantur, abominatio corā Deo
erat. Et id quoque in Christo nostro templo perfe-
ctum est. Ille locus sacrificij nostri est, in illo inuenies

- quæ ad sacrificandum requiruntur omnia, veros sacerdotes, altaria, & victimas. Sine illo inualida & imperfecta sunt nostra sacrificia, & quemadmodum Isaïas ait, præter illū omnes iustitiæ nostræ sunt sicut pannus menstruatus. Paulus quidē docet, vt nos totos offeramus Deo, sed licet id faciamus, insufficiens tamen est. Si ergo vis Deo acceptū sit sacrificium tuū, in hoc templum adfer, huic altari impone, huic sacerdoti trade, Christi meritis & victimæ iunge, & certō acceptū id ferre Deū videbis. Nō alibi sacrificabis, in nemine fiduciam tuam pones, præter Christū, eiusq; merita. Quicquid enim Christi meritis inclusum non est Deo acceptum non est. Id quod in Iudeorum Phariseis videre licet, qui cū multa & magna facerent, frustra sudabant, non agnito & apprehenso filio arbitantes præter Christū suo proprio facto posse placere Deo. Sed quid ad eos Christus? Nisi credideritis quod ego sum, moriemini in peccatis vestris. Qui enim non crediderit in filiū, nec per eū gratiam consequitur, iam iudicatus est. Et nemo ad Deū venire potest, nisi per Christū. Quia in re etiamnum multi sese ipsos decipiunt & seducunt, seduli ipsi quidem in operando, sed in seipso & in sua propria opera spem ponūt, vt olim fecerunt Iudæi. Atq; ideo cū omnia rectē peracta arbitrantur, audiunt: Quis hæc de manibus vestris requisivit? Ecce igitur nobis domū, quam Deus Optimus Maximus in incarnati verbi mysterio edificauit. Vnde cuilibet apertū est, quanta nobis gratiarum agendarum Deo, sit occasio. Omnis ergo hodie piē Christianus cum Dauide dicat ad Dominum: Introibo in domū tuam, adorabo in templo sancto tuo in timore tuo. Et iterum: Introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat iuuentutem meam. Et: Emite lucem tuam & veritatem tuam Domine: ipsæ enim deducunt me ad montem tabernaculi tui. Hac via intrantes templū hoc nostrū, omnia inueniemus spiritaliter, quæ diues illud templum Salomonis habuit olim corporaliter. Et primo in ingressu obuia statim habebit varia auri & argenti vtenilia, videbit varia gratiarum dona. Plenus enim Christus gratia & veritate, ita planē, vt de eius plenitudine accipiamus omnes. Tū etiam in illo vno omnes thesauri diuinæ sapientiæ & scientiæ sunt
- Isai. 64.
- Rom. 12.
- Ioan. 8.
- Ioan. 3.
- Ioan. 14.
- Isai. 1.
- Psal. 5.
- Psal. 42.
- Ioan. 1.

sunt absconditi, teste Paulo. Pergis porrò: Et ecce tibi mare aëneum, viuumq; , de quo Zacharias loquitur, fontem. Sed & magnum illud diuinæ gratiæ flumen, cuius Ezechiel meminit, inuenies. Hinc transiens duo tibi coram sunt Cherubin, id est, duo testimonia: Legis, in quâ, Zach. 13. & Prophetarum, veteris & noui Testamenti, quæ omnia in Christo cōueniunt. Postremo omnium, si perrexeris, ipsum quoque Sanctum Sanctorum videbis, quod Christus Ioan. 14. summus sacerdos primum ingressus, nobis mansionem parat, vt nos accipiat ad se, vt & nos simus vbi ipse est. Et quid pio homini vel iucundius, vel vtilius spectaculum esse possit? Hæc igitur quisq; sibi dicta hodie cogitet. Gratia Domini nobiscum, Amen.

QVINTVS SERMO,

Cur hoc festum plerumque Martij & Ieiunij tempore celebretur.

Quod in Ecclesia hanc festam diem, hoc est, ipsam supernaturalem & sanctissimam conceptionem, incarnationemque quoquo anno hoc ipso tempore celebramus: principio naturali sua ratione quadam non caret. Habet enim illud tempus, quod est fine Martij vsque ad finem Decembris, menses nouem: quod tempus conceptionem & natiuitatem natura hominum diuidit. Cum igitur natiuitatem Christi Decembris fine celebramus, naturalis temporis decursus postulat, in Martio conceptum esse. Habet tamen & alias rationes, cur semper in Martio & ieiunij tempore celebretur.

Primo enim, quemadmodum Martius primus mensis est, in quo veluti reuiuiscunt, quæ brumali tempore quasi demortua videbantur: ita Christi nobis incarnatio initium fuit salutaris ætatis, grati solis, & veris. Antè enim nil nisi bruma fuit, quod Sanctus ille Psalmista cōqueritur, vbi tps sui meminit: Qui, inquit, dat niuem sicut lanam, pruinam sicut cinerem spargit. Mittit gelu suū sicut buccellas, ante faciē frigoris eius quis sustinebit. Is ante incarnatū verbum rerū status, & ea tps facies. Nec vlla spes erat, nisi quod sequitur sperabāt oēs: Emitter verbum suum & liquefaciet ea, flabit spiritus eius & fluēt aquæ. Psal. 147.

Et id quidem verè factum est ab illo tempore quo Christus caro factus, natus est in mundum. Ab illo tem-

Num. 1.

Exod. 14

pore dicere licuit. Hyēs transijt, gētas aduenit, flores ap-
paruerunt in terra nostra. Et cū Paulo : Nox præcessit,
dies autē appropinquauit. Eius ergo admonemur, cum
hanc festiuitatē in Martio celebramus. Quod autem &
in ieiunij tempore: ideo fit, vt qui relicta Aegypto deser-
ta ingressi sunt, consolētur magis. Idē enim ferē nobiscū
agitur quod Israēli contigit. Exierunt Aegypto eius gē-
tis viri sexies cētena millia: sed ex omnibus ne vn⁹ qui-
dē mare rubrū transire ausus fuisset, nisi Moses tanta ve-
hementia verbo Dei institisset. Sed & nemo se Iordani
commisisset, nisi sacerdotes Archā deserētes præcessis-
sent. Ita etiā nemo nostrū facile contra Satanā in are-
nā descenderet: sed & si fortē quis id auderet, citō pedē
retraheret, nisi assiduē christus eiusq; p̄missiones in-
culcarētur. Vide ergo hac ratione p̄nitentiū bono hac
festiuitas hoc ipso ieiunij celebratur tēpore. Quanquā
eō res deuenit, vt pauci admodū, quā nobis ex huius-
modi festiuitatibus cōsolationes veniant, cogitēt: ne di-
cā quid de ijs qui omnia rident ac tēnunt. Vnde est, q̄ tā
pauci sese in desertū, id est, p̄nitentiā dedant, qui ma-
lūt cum Aegyptijs, temporaneis perire, luxu & gaudijs,
quā exigui temporis molestias, in cōlestis patriā via,
sufferre. Verū tamen vt meum persequar institutum:
quando præsens festiuitas initiū nostrē salutis est, adhuc
etiam summani p̄nitentibus cōsolationē adfert: me-
ritō ubiq; & ab omnibus Christianis prædicatur & re-
colitur. Sed nec vllus ad dignē de his prædicandū suffi-
ciat, imō vnicum hac die verbum in Ecclesia auditum
est, quod nec Tullius, nec Demosthenes in omni sua di-
cēdi facultate & eloquētia, qua ante alios celebres fuē-
re, pro dignitate eloqui possunt. Quale verō? Hodie, in-
qua, Deus homo factus est. Quid sublimius Deo? Quid
abiecius homine? In vna tñ hęc duo cōuenēre persona.

Vide ergo quā dicendi fufius hęc ministrare pos-
sent materiam. Sed nos in præsentiarū nuda Euangelij
prosequamur verba. Et ipsum quidē eiusmodi habet hi-
storiā, in qua enarranda mirabiliter sese Patres nostri Ec-
clesiæ proceres exercuerunt olim. Vnde nō obscurē col-
ligitur, eos magna in hanc rem religione ductos fuisse,
& peculiari quadam suauitate & cōsolatione refectos.

Neque

Neque enim fallit verbum quod dicitur: Vbi thesaurus *Matt. 6.*
tuus, ibi est & cor tuum, inò & oculus tuus & manus.
Nec vlla alia causa, nos minus erga hoc & festũ & Euan-
geliũ afficimur, quã quod absconditam consolationem
& suauitatẽ in ea ignoramus. Præcipua igitur capita re-
rum vobis placuit breuiter proponere.

Primo igitur hæc lectio nos in Deum dirigit, vt eius
meditemur ineffabile miserationem, vnde hoc totũ opus
emanauit & defluxit. Et quidẽ in multis Deus charitatẽ
suam nobis ostẽdit aliàs: vt quod ea nos nobilitate crea-
uit homines, quod oēs creaturas nobis subiecerit: maxi-
mẽ tũ in hoc non totos post lapsum nos dãnauit, sed tan-
to tẽpore iniquitatẽ nostrã & impietatẽ sustinuerit. Sed *Ioan. 3.*
vnũ est quod omnia illius dilectiõis signa excedit: quod
vnicũ vnice sibi dilectũ filium suũ nõ miserit solum, ve-
rum etiã quantus quantus est donauerit: nec id simplici-
ter, sed in ignominiosissimã & acerbissimã mortem
tradidit. Et quẽ causã, quid mouit? Nostra merita? Mini-
mẽ. Nullius enim hoc Euangelium meminit meriti.

Tum apertẽ Ioannes, Deus, ait, prior dilexit nos, nõ
nos ipsum. Et Paulus, dilexisse nos Deũ, in tantũ, vt cũ *1. Ioan. 4.*
adhuc inimici eius essemus filiũ suum miserit. Adhuc *Rom. 5.*
nullibi hic inuenies debitorem nobis fuisse Deũ, vt fi-
lium mitteret, nisi quod sese pro suã miserationis piete-
te promissionibus nobis quasi debitore exhibuit. Quia
igitur neque meritum neq; debitũ est, sequitur meram
esse charitatem & misericordiam. Id quod apertẽ Chri-
stus insinuat cum ait: Sic Deus dilexit mundum vt filiũ *Ioan. 3.*
suum daret vnigenitum, vt omnis qui credit in illum,
non pereat, sed habeat vitam æternam. Et quis non vi-
det quã nobis ex hoc vno cõsolationis offeratur copia?

Semel tantum idq; in somnis Iacob Deum vidit sibi *Gene. 28.*
amicẽ colloquentem, suamq; sibi operam promitten-
tem, &c. sed ita hac visione consolationibus afficitur, vt
euigilans à somno, voto se obstringeret per omnem vitã
suã Deo seruire, eumq; solum Deum habere. Vnde
postea semper vbi quid aduersi accidisset, in hac somnij
sui visione auxilium quærebat & consolationem. Sic
cum à fratre persequeretur, in hoc solo refugium qua-
rit: Domine Deus, inquit, minor sum cunctis miserationi-

nibus, & veritate tua quam expleuisti seruo tuo. Quia autem loquutus es, quod benefaceres mihi: erue me de manu fratris mei Esau, quia valde eum timeo.

Gen. 32. Sic iustus ille Iacob afficitur, qđ semel per somnū Deū vidisset, in omni vita sua hæc meditatur & cogitat. Nos multo verò maiora & vidimus & audiuius, nec hoc in somnijs, sed ipso facto & aperta veritate: neque tñ nos deo cōmittim⁹ vel quicquā cōsolationis inde haurim⁹.

Rom. 8. O infelices nos & modicæ fidei homines. Si enim Deus vnigenito filio suo nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non omnia simul cum illo donauit? Audi, precor, quā diuus Paulus ex hoc facto cōsolationem hausit: Si Deus, inquit, pro nobis, quis cōtra nos? Deus est, qui iustificat nos, quis nos cōdemnet? Christus est, qui mortuus est, imō qui & resurrexit, qui & est ad dexterā Dei, qui & intercedit pro nobis. Quis nos accusabit? Quis nos separabit à charitate Dei? Certus ego, quod neq; mors, neq; vita neq; angeli, neq; principatus, neq; potestates, neq; instantia, neq; futura, neq; altitudo, neq; vlla creatura alia poterit nos separare à dilectione Dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Ecce hanc tantam spē Paulus cōcepit, quod Deus hominū causa filiū suū demiserit in mundum. Et hoc principio cogitari potest ex hac Euāgelica lectiōe.

Ibidem. Secundo, in nos ipsos etiam oculos conuertere præsens lectio docet, vt cogitemus miseriam & pericula, quibus subiecti eramus aliquādo. Certum enim ingens malum fuisse, quod sanare nemo, nisi ipse Deus potuit. Vrgens necessitas, horrendus lapsus fuerit oportet, qui Dei filium è cœlo è paterno sinu in hanc terram detraxit. Fuit autem peccatum illud, & infiquēs maledictio, & damnatio. Certè maxima & horroris plenissima, quæ vnquam hominibus cōtingere possunt: vt vt pauci admodum ea modò sentiant, experturi aliquando ea cum

Luc. 23. anxietate vt optent montibus & collibus decidentibus sese à iudicio Dei irati obtegi.

Et hæc omnia D. Paulus multis locis indicat, vt cūm **Ephe. 2.** ait: Eramus omnes naturā filij iræ, mortui in peccatis, sed viuificauit nos Deus per filium suum, & transtulit nos de potestate tenebrarum in regnū filij sui dilecti in quo

quo & redemptionem & remissionem habemus.

Tertio, hoc ipsum Euangelium ostendit, quod Deus Opt. Max. creaturas suas homines simul & angelos gloria & honore coronet. Nō em̄ satis fuit summæ illi manifestati, creauisse homines & angelos, sed ducit etiam in dies magis magisq; ad honores & prouehit. At summus honor est rationali creaturæ, in vsum ad diuinitatis opera adhiberi. Potuisset em̄ opus suū sine creaturis exple- re: sed placuit ipsi, eo modo creaturas suas honore affice- re. Quēadmodū incarnationē filij sui sine angelorū mi- nisterio explere potuit, veruntamē eos in hoc adhibuit. Quin & ex nihilo corp⁹ sibi humanū formare potuit, no- strāq; naturā induere, vt null⁹ virginis hui⁹ fuisset v⁹: sed etiā hāc adhibuit, ad sempiternū & summū ill⁹ dec⁹.

Id ipsum etiā Diuus Paulus refert: in magna domo nō tantū sunt vasa aurea & argēta, verum etiā lignea ac testacea: & alia quidē ad honorē, alia verō in contumeliā. Ita etiā Deus in sua domo vasa habet alia misericordiæ suæ, alia iræ. In primis gratiā suā ostēdit, his ad honorē suū, qui & ipsorū honos est, vtitur: in alijs verō irā suā exequitur & iustitiā. Si ergo vel vnica christiani sangui- nis guttula in nobis esset, quē cogitare velit possitq; ad quæ opera Deus hac virgine matre vsus est, non etiā à lachrymis cohiberetur noster affectus. Si rursus cogita- remus, ante hac nihil nos præter irē fuisse vasa, quibus Deus in indignis vsus sit, haud dubiē ad orationē con- uerteremur, petētes & orātes vt aliquis etiā nostri vsus fiat ad honorē. At Deus quidē sua non desistit in nobis perficere opera. Semel nos per baptismum mundauit & sanctificauit, vt essemus vasa ipsius misericordiæ, qui- bus vteretur ad honorem. Sed & necdum cessat purifi- care nos per Pœnitentiæ remedium, aliāq; id genus sa- cramenta, nihil non facit, quo nobis ad suū nostrumq; honorem vtatur: sed nolumus, refugimus. Nostra isthęc culpa est. Propterea & Paulus sermonem continuās, di- cit: Si quis igitur expurgarit seipsum ab his (putā ma- lis) erit vas in honorem sanctificatum, accommodum vñbus Domini, ad omne opus bonum præparatum.

Quarto & maximē hic summum honorem eximiū decus huius videmus virginis: id quod summa cum di-

q 5 ligen-

Col. 16

2. Tim. 2.

Rom. 9.

2. Tim. 2.

ligetia animaduertendum est, præcipuè hac tempestate, qua non contenti sumus cōtra mortales impiè, verum etiam contra Sanctos Dei abominabiliter pergitur agere: quasi Euangelicum sit, Sanctos Dei ridere, cum per omnia Euangelio sit contrarium. Quos ipse etiam

Ioan. 15. Christus honorificè appellat, dicens: Non iam seruos

Ioan. 20. vos meos, sed amicos dixi. Et: Vade ad fratres meos & dic eis: Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum.

Tū etiā quoslibet credētes Paulus sanctos dicit in hoc mundo, propter sanguinē sanctū, quo loti & tincti sunt. Insuper nos docet, vt alter alterū præueniamus honoribus, & vt per humilitatē alius alū se præstantiorē existimet.

Phil. 2. Si ergo Christiano cuiuslibet, q̄ in mūdo viuēs, peccator est, honorē exhibere teneor, ore, habitu externo, & subministratiōe: nemo nō videre potest, quā agant dignè nostra fide & religiōe, qui etiā blasphemij & cōtumelijs sanctos iam cœli incolas insequuntur. Inspeciamus vel hoc saltē Euangelium, & videamus angelū tā nobilē tamq̄; sublimē creaturā, tanta humanitate (si modò id dicere de Angelica natura licet) tantaq̄ reuerentia, non sine admiratione, hanc tam vilem & pauperculam virgunculā alloqui, et tu iniquissimè hominum rides ac ludis eam: Aue, inquit, gratia plena, Dominus tecum, Benedicta tu inter mulieres. Quæ quidem omnia cum admiratione quadā satur. Et certè eiusmodi verba sunt, quæ hodie etiam quemque rectè ea intuentem, ad admirationem ad laudem Dei inducere, & ad honorandum hanc beatam virginem incitare possent.

Luc. 2. Quinto, hic videmus, quæ vera bona Dei ornēt filios: nēpe, gratia & pietas seu fauor Dei, præsentia & benedictio Dei. Et verè hæc, optima quæ in mundo haberi possunt, bona. Quid n. deerit illi, quē diligit & amplectitur Deus? Quis maledicet benedictū Deo? Et ea quidē oīa virgo hæc summè obtinuit. Nemo illa sublimiori modo omnis generis gratiarum donis imbuta fuit: nemo viciniorē sibi Deū habuit: neminē tā copiosa abundantia benedictionis suæ Deus perfudit, atq; hanc ipsam virginē. Quā ergo ipse Deus hoc modo honore affecit, minimè temni ac sperni vult ab alijs, sed honore præueniri

ueniri

ueniri magis. Quem Deus honorat, utiq; omni honore dign⁹ est. Vide ergo quid agas. Vt illufori, inquit Ifaias, quoniam illudetur & ipfe. Tum ipfe Deus de electis fuis dicit: Qui vos tangit, oculi mei pupillam tetigit. Ifa. 33.

Zac. 1.

Sexto atq; poftremo, in quo fumma rei vertitur: videmus hic verâ Dñi noſtri Ieſu Chriſti proprietatē, qđ Ieſus dicitur, & magn⁹, imò filius altiffimi, Dñs & Rex omniū credentiū, in domo Iacob & Dauid, id eſt, in Catholica Chriſtianorū Eccleſia, cuius regni nō erit finis. Hæ, inquā, Chriſti pprietates veræ, quibus fumma ſpes noſtra nititur. Quemadmodū hac de re aliàs dixiſſe me memini. Quæ, aliāq; oīa vt poſſimus cū diligētia meditari, Deus ſuam omnibus nobis largiatur gratiā, Amen.

SEXTVS SERMO,

Quomodo hæc feſta dies pœnitentie nos admoneat.

NON abs re in hac feſta die Dauidicum illum Pſalmum, quem ipſe olim cū ab inimicis et hoſtibus, 2. Reg. 2. maxime de manu Saul liberauiſſet eum Deus, fecit & cecinit, dicens: Diligam te Domine fortitudo mea: Pſal. 17. Dominus rupes mea & refugium meum, & liberator meus, cum diligentia cogitarem.

Quemadmodū enim eo Pſalmo Dauid, in qua fuerit anxietate, in quo poſitus periculo nuper, recolligit, eoq; Deo gratias agit, qui inde eripuit: ita omnes in vniuerſum nos hodie communem ab origine vniuerſæ humanæ naturæ miſeriam in memoriam reuocamus, gratias agētes Deo, qui inde nos vnigeniti ſui incarnatione liberauit & vindicauit. Quod ſi quis probè animaduertere voluerit, inueniet verba ſerē oīa quæ Dauid in illo pſal. poſuit, huic cōuenire diei, eaq; (ſi modò ritē hanc diē feſtā eſſe voluerimus) omnino cogitāda eſſe. Tria autē in hoc Pſalmo Dauid agit: Enumerat principio pericula, quib⁹ ſeptus fuerat: gratiā & virtutē dei p̄dicat, qui liberaſſet. vtroq; ſe alioſq; ad gratias agēdas deo incitat.

Et hæc quidē huic optimē feſtę diei cōueniunt. Quis vnquam rectius & verius dicere potuit: Circumdederūt me dolores mortis, & inferni, præter Adā cum omni ſua poſteritate, ab illo, quo ē paradifo repulſam paſſus eſt tē pore? Quādo vnq; ardētius deo opt. max. ſupplicatū eſt, quā

Psal. 101. quàm in illa ipsa calamitate? Quando vnquam Deus apertius suam ostendit gratiam, quàm vbi gemitus audiuit compeditorum, & misso saluatore liberauit à peccatis, morte, & inferno?

Quid ergo decetius nisi vt omnes, quisq; apud se dicat? Diligā te dñe, fortitudo mea. Hoc, inquā, præsens exigit festiuitas, maxime à nobis. Hæc em̃ illa dies, in qua

Psal. 117. primū lata nobis obuēnit nūciatio. Hęc illa dies, quā singulari modo fecit dñs. Hodie nostrā aspexit dñs miseriam, & liberatōrē misit in nos. Eia igitur si verē Christiani, si mente id volumus quod profitemur ore: exordia hodie nostræ redēptionis recolamus, nec quid minus exhibeamus in generali omniū redemptione, q̃ David olim in priuata sui ipsius ostēdit. Maxime cū David nō modo exēplo suo, id faciamus hortatur, verum etiā verborū seriē monstrat quibus vtamur, in quibus etiā (vti modo audiuius) totam hanc festiuitatē inclusam nouimus. Habemus quidē præter ea aliās quoq; in hanc festiuitatem dignē celebrandā Scripturarū alia dicta. Cōmoda profectō quæ hodie ex Propheta legitur historia, qua fusc̃ Propheta hanc solennitatē descripsit, dicēs: Ecce virgo cōcipiet, et pariet filiū, et vocabitur nomē ei⁹ Emanūel, hoc est, nobiscū Deus. Sed & hodierni lēctione Euangelij clarē quid hac festa die meditandū sit proponitur. Sed & Ecclesia sua nō deest exhortatione, ita planē vt nemo pius se exhortationis ad pietatem inedia laborare, possit cōqueri. Id quod alijs præcedentibus satis superq; ostensum est. Hūc vero sermonē exhortationis Christianæ vices subire volo, qñ hoc ieiunij tēpus multis ad pœnitentiā exhortationib⁹ eget, & hęc festiuitas omnino adhortationibus pijs seruit, ita planē, vt si quē præsens solēnitas ad pietatē non cōmouet: si quē præsens Euangeliū non excitat: si quē tot tāq; consolatoria verba nō inflammāt & recreāt: si quē tā ineffabilis diuinę pietatis charitas ad meliorē vitā nō trahit: hūc certē nemo innouauerit. Propterea hūc, vt dixi, sermonē exhortatiōis vice proponā. Atq; huc facient, quæ Christus in Canticis ad dilectionis suæ loquitur animā: Surge amica mea, formosa mea, & veni. Ecce enim hyems transijt, imber abiit & recessit, flores apparuerunt in terra nostra. Turtur audita est in terrā

Can. 2.

in terrā

in terra nostra, ficus protulit grossos suos, vineæ florentes odorē dederunt, tēpus putationis aduenit. Surge igitur & propera amica mea. His omnibus Christus quēlibet hodie affatur Christianū. Et quidē omnia hodie impleta sunt. Exhortatur ergo nos Christus, vt à peccatis excitemur, ad se verò veniamus: multas insuper addit rationes quibus possemus ad hoc incitari.

Et primò quidē nostras animas, suas dicit amicas, quas pro merito potuit vocare adulteras, auersatrices, cōamīnatas, vt in Hieremia fecit. At quis tā stipes, qui tāta blādisloquētia nō moueretur? Hoc. n. vno verbo, se semper nos amare indicat, etiā si nos auersemus se, nec recordemur sui. Tū etiā certissimū suæ in nos misericordiæ indicium: quod ad pēnitentiā, & per hāc ad suæ gratiæ dona vocat, quos iusto iudicio condēnare posset. Sed ad quid vocat? Vt surgamus & ad se veniamus. Vnde surgendū? A peccatis. Quomodo id cōfiet? Per pēnitentiā. Hæc nobis primā confert resurrectionē, vt de hac Ioānes loquitur, ipsam peccatorū remissionem. Sed quomodo ad Christū veniemus? Per fidē, & quæ illam sequitur Christianam piāque vitam.

Hier. 3.

Ecce adhæc nos Christus vocat. Sed qua de re adhæc cōmouemur? Primo omniū, quod iā iniuriæ plena hyēs trāserit. Est enim bruma graue tristeq; tēpus: lucis parū, pluuiæ, tēpestatis, frigorisq; plurimū habens. An nō talis hyēs ante aduentū Christi in mundo fuisse tibi videtur? Quā exigua lux erat in mundo, qñ domus Israël sola agnoscebat Deū? Vbi vero lux nō est, ibi tenebræ, peccatū, error, infidelitas, occæcatio, omnisque impietas sequatur necessum est. Qui enim in nocte ambulat, offendit facillimè, quòd mundi huius lumē nō videat. Adhæc multæ tēpestates per totū orbē nondū nato Christo. Inuadebat enim nūc alius atq; alius homines flagellæ Dei turbo: idq; præter expectationē omnē, & horridissimè. Sic Nadab & Abin propter vnicā illā transgressionē, q̃ peregrinū ignē in thuribula posuissent, illo ipso igne cōsumpti sunt statim. Maria Mosi soror, quod semel tantū murmurasset, lepra statim percutitur. Dathā & Abyron pro vnicā inobediētiæ culpa, terra dehiscēte conglutuntur. Osa subitanea perit morte, tantū quod manu tetige-

Psal. 75.

Num. 12.

Num. 16.

2. Reg. 16.

rat

rat dñi arcam. Taceo interim de ea tēpestate quę per diluuiū, tū in Sodoma & Aegypto, totūq; mundū inuasit.

Et vt summatim perstringam omnia, plena tempestatibus hyems illa veteris testamēti fuit, prius quā adueniret Christus. At nunc transijt hyems. Cuius illud euidens testimonium est, quod Christus verus ille Sol iustitię ad terram accessit propius, seq; ad nos inclinavit, quemadmodū aliās quoq; naturali ductu, cū Sol propius nos accedit, scimus æstatem instare.

Mal.2.

Et hæc prima causa qua moueri debemus citissimē surgere, & ad Christū accurrere: q; scilicet, diuinę indignationis & irę hyēs transierit. Quandoquidē nemo tā focors, qui certō aduentantē hyemē sciēs, in æstate non laboret & colligat, ne fame brumali tēpore laboret & periclitetur. Ita quidē & nos æternā hyemē expectamus, nisi gratię tpe laborauerimus, si obuiā gratiā neglexerim⁹.

Psal.67.

Hac ergo causa à peccatis surgentes, ad Christū accurrimus. Alia causa: q; imber abierit. Duplicē aut in Sacris Scripturis inuenimus pluuiā. Primo salutarē, serenā, & voluntariā, quā pro sua Deus liberalitate & munificentiā elargitur. Hęc nunquā cessauit, sed. n. in nouo testamento initiū sumpsit, & creuit magis magisq;, qñ Christus missis Apostolis suis suū omni creaturæ Euangelii prædicari demandauit, suūq; spiritū super omnē effudit. Secūdo est, & alia pluuiā diuinę irę & maledictionis, de qua Daniel loquitur: Stillauit sup nos & inundaui maledictio. Hęc pluuiā incepit, cū Deus in Paradiso Adā, deinde extra Paradisum Cain, postea etiam per Moſen omnes Legi suę inobedientes maledixit. Cessauit modō. Quando. n. benedictio venit per Christum, nulla ijs esse poterit maledictio qui sese Christo dederunt. Et hæc alia quædam causa, qua nos moti, per pœnitentiā ad Christum properabimus.

Matt.16.

Ioel.2.

Dan.9.

Gen.3.

& 4.

Deut.27.

Gen.3.

Psal.84.

Tertia causa est, quod flores apparuerunt in terra nostra. Primæ maledictioni additum fuit: Terra tibi tribulos & spinas germinabit. Id quod non extrinsecus solum, sed & in nobis ipsis compertum fuit: germinante nimirum nostra natura fructus deprauatos, fructus, malos, fructus amaros. At nunc terra nostra Maria, quæ nostra est natura, bonum fructum, nobilem florem protulit in quo

in quo & super quē Spiritus almus, cū plenitudine grati-
 arum requieuit. Christus flos ille est, nec vnus so-
 lum, sed plurimus propter nos, qui illi fidem habemus,
 illi adhæremus, illi insiti sumus, membra illius facti & ra-
 mi, & pro fertilitate quam ex ipso concipimus ipsi quo-
 que fructiferi. Et hoc iam rursus nos ad poenitentia mo-
 uere posset, cū intelligimus, nihil nobis deesse in gra-
 tiarum donis, vt operemur bonum.

Quarta quæ ad poenitentia nos ducet causa est, Vox
 turturis audita in terra nostra. In veteri enim testa-
 mento, nihil præter Legem audiuius, vocem Leonis:
 at nunc, quando Christus venit, turturis audimus vocē,
 vocem Euangelij, quod consolatur, non terrefacit. Et eā
 quidem in terra nostra. Trans mare currere non habemus
 necesse. Cur ergo nō ocius ad Christū properam?

Quinta causa est: quōd ficus protulit grossus suos.
 Ficus præfertur omnib⁹ arboribus pro fructus sui suau-
 tate, eoq; non incongruē virginem nobis significat Ma-
 riam. Perferutare enim totius humani generis syluā, ip-
 sum etiā paradisum Dei, hoc est, Christianorū Ecclesiā
 nullam inuenies arborem, nullum hominem, quæ talem
 nobis producat fructum, qualē edidit Maria. Vis quā
 isthæc fructifera arbor cognoscere? Audi Angelū: Aue
 gratia plena, Dominus tecū benedicta tu inter mulieres.
 Et iterum: Ne timeas Maria: Inuenisti enim gratiā apud
 Deum. Vis fructum quem edidit contēplari? Vide & re-
 liqua. Ecce, inquit Angelus, cōcipies & paries filium, &
 vocabis nomen eius Iesum: hic erit magnus & filius al-
 tissimi vocabitur. Et quis istiusmodi non trahitur, imō
 quem non puderet suorum pessimorum fructuum, quis
 sibi non timeret pro sua bonorum sterilitate fructuum si
 hæc quis diligentius cogitare cœperit?

Sextum quod vrget est, quod scriptura perhibet: Vi-
 neæ florentes odorem dederūt, Nihil vineis hyeme in-
 iucundius, nihil illis, æstate amœnius. Vineæ Dei Chri-
 stianorū Ecclesiā est, hæc quidē olim inculta & deserta
 fuit, in incredulitate parentibus nostris perseueratibus.
 At post incarnatum verbum multis illa floribus clauit,
 multis sanctis hominibus in bonis operib⁹ viguit. Quo-
 rum omnium exempla non immeritō ad melioris vitæ
 ratio-

Mat. 29.

ratio-

rationem ineundā nos adhortarētur. Alias enim eo dam-
natio nostra maior, quo piē viuentiū exemplis abunda-
mus magis. Quæ huc pertinent, vt in impietatibus vi-
uentes ad pietatem attrahant.

Septimū quod nos ducet est: quia tempus putationis
aduenit. Idq; verū cōperimus, quocunq; modo intelli-
gere voluerimus. Et primo nunc tēpus gratiæ, vt congre-
gemus nobis thesauros, in vitā sempiternā. Tū etiā extre-
mi iudicij appropinquat tēpus. Nemo scit qñ paterfami-
liās seruo suo dicturus est: Mitte falcē tuam, et mete mes-
sem terræ. Si enim peccata nostra respexerimus, inuenie-
mus iā olim mensurā patrū nostrorū impletā fuisse. Mes-
sis venit, vix maturuerunt, impleta est omnis iniquitas,
ascenderūt vsq; ad summū. Quod si ergo signa quæ ex-
tremum præcessura sunt iudiciū aspicere libet, ecce ad-
uenisse tempus putationis cōperimus. Et quid Christus
ait? Surge amica mea, propera, nescis enim qua hora fi-
lius hominis veniet. Veni per fidem, sonet vox tua per
delicti confessionē in auribus meis, audiā lapdē oris tui.
Ostende mihi faciē tuam, non enim sufficit mihi, quod
intrinsicus te peccatis exoneraueris, nisi & externē piē
vixeris. Ecce hæc omnia hodie nobis cogitanda veniūt,
& hac ratione, hæc festiuitas ad pœnitentiā ineundā cō-
modaret. Et quid melius, quid vtilius, quid decentius a-
gere possemus, quā omnibus viribus quæ nobis bona
per Christum obtigerint, cogitare: & ipsā incarnatio-
nem quasi ducem ad omne bonum sequi? Id ipsum ergo
nobis largiatur, & altis mentibus inuestigandum inse-
rat, qui viuit & regnat per omne æuum. Amen.

SEPTIMVS SERMO,

*Docet quid nobis piē cogitandum
hac festā die sit.*

Magna huius diei festiuitas est, digna profectō vt in
eam cogitationes nostras conuertamus omnes. Et
quidem præcipua illius intentio est cui innuitur,
quod hodie nunciū, non solū bonum, verumetiā omniū
lætissimū allatū est, & omnino eiusmodi, quæ silen-
tio a nobis, nisi in Deū ingrati, inuidi in homines, tū e-
tiam corā Deo & mundo reprehensibiles esse volueri-
mus, præteriri non debet. Hæc (vt breuibus dicā) totius
huius

huius festiuitatis intentio est. Primo apertum est, coelitus mundo hodie per omnia latissimum aduectum esse nuntium. Tum etiam procudubio omnes in vniuersum homines concernit. Vnde suppressi debet nullo modo, sed palam prædicari omnibus hominibus, ad Dei Opt. Max. laudem, & consolationem electorum omnium.

Quod si igitur intentioni huius diei respondere vis, **Luc. 1.**
primū quid factum sit hodie, & quid contra præstandum sit pia mēte recogita. Hodie Deus homo factus est, canit Ecclesia. Ecce quā annunciationē Gabriel angelus hodie de cælo attulit, & virgini sanctæ quā diligētissimè expo-

suit. Et quis vel cogitare sufficit, facti huius magnitudinem, quod Deus humanā in se naturā assumpsit? Quis vel Ciceronis eloquētia, Demosthenisue faciēdia clarus ad dignē enarrandū, quod bonū inde defluxerit, valet?

Quis satis admirari beneficentiā simul & sapientiā Dei, qua hoc factū est, vt tanti hominē redimeret, potest? Nā firmiter fide tenemus: Deū posse omnia, eiusq; omnipotentē virtutē in nullo etiamnū debilitatā vel mutatam. Tū & Scripturæ testātur quod oia Deus in sapientia, & in potentia pro omnibus omniū cōmodis faciat & insti-

tuat. Nec secus res se habet. Vti sua Deus potētia in Tra ductorē illā humani generis, & perditā, imō furto prædaq; abreptā ouiculā ē faucibus infernalis illius Lupi eripere potuit. Sed humilitate et cum amicitia quadam hoc opus perficere voluit. Et quare illud? Vt nēpe significa-

ret, nō solū quid contra Satanā posset potentia, sed etiā quid erga homines velit beneficentia. Hominum causa beneuolentia, non potentia vti voluit sua. Neque enim maligno illi Spiritui tantum tribuisset vnquam. Vt ergo sanaret nos infirmos, non acerbo aliquo vsus est antido-

to, sed leniter, vti naturæ nostræ conuenire considera-

bat, nobiscum egit, nostri enim causa infirmus factus est, vt suo nos sanaret liuore. Quo modo & naturam nostram in se assumpsit, vt per suam mortē mortalitatem nostram deuictā, nos ad immortalitatem suā perduceret. Quāquam enim ad nostram se naturā demisit, suę tamen deitati nihil detrimenti attulit. Quemadmodum Sol ille nihil de virtute sui caloris deperdit: etsi quotidie humores à terra sibi attrahat, & sicut ignis omnia in se mutat, ipse

tamen

Isa. 59.

Isa. 53.

tamen non immutatur à virtute sua. Meritò igitur hodie & admiramur & letamur. Nā quemadmodū Medicos non vnò modo oēs morbos tollere: sed nunc per cōtraria pharmaca, nūc simile simili, vt venenū veneno, vt Tyriaco quod venenū habet, temperatū tñ, omnis generis venena pelluntur, videmus: ita & Christus medicus noster fecit, cū sua egestate ditauit nos, sua humilitate euexit nos, suis vulneribus sanauit nos, sua morte viuificauit nos. Hōc est cōtraria curare cōtrarijs. Tū deniq; sua morte mortē nostrā tanquā veneno venenū depulit. Verē em̄ mors nostra, infernalis illius serpētis venenosus erat sibilus. Fuit quidē christi mors quantū in se nō venenū, sed potius balsamū pretiosissimum: sed veneni tantū speciē habuit, quod mortī nostræ extrinsecus nō absimilis. Hoc ergo christ⁹ modo venenū veneno, mortē morte, sed tñ demeritā peccati mortē, sua innocenti morte sustulit. Ecce omnia hæc in illo cōprehensa sunt qđ canimus, Hodie Deus homo factus. Horum omniū hodierna dies est initium. Et quid mirum si hæc sciētes Christiani, præcipua tñ die aliqua isthęc cogitamus? Atque vtinā ea deuotione, ea fide, eo desiderio, quo beata virgo, cui hæc primum facta est nunciatio, hæc audiuit & cogitauit, audiremus ipsi & cogitarem⁹ oēs. Certō enim sequeretur Magnificat illud, hoc est, gaudiū mentis, laus Dei nostri oris. Imō & impregnaremur, & cōcipientis salutis spiritum, postea etiā fructum pareremus pietatis omnis. Et his quidē omni⁹ hodie cōspicui esse deberem⁹, hoc etiā Christo Dei filio obuiā procedere est eiusq; sanctā humanitatē honorare est. Sic nec vnā quā deficeremus diuinis gratijs & cōlestibus cōsolationibus. Sed necesse est fundamentū cogitem⁹ ardētius, si eos fructus desideramus. Propterea vnū adhuc verbū in medium hodie proponā, quod omnia in incarnatione Christi cogitādo vobis in memoriā reuocabit quā cōpendiosissimē. Id quidē in Canticis Salomonis scriptū legimus hoc modo: Dilectus meus descēdit in hortum suum, ad areolā aromatum, vt pascatur in hortis, & lilia colligat. His paucis in verbis quicquid hac festiuitate pius quisq; cogitare possit cōmodē cōprehensum est, quin vnūquodq; verbū singulatē quid in se cōplectitur.

i. Cor. 8.

Sap. 2.

Isai. 26.

Can. 6.

tur. Primum ineffabilis deitatis est dilectio in nos, qua sola factum est, vt filium suum mitteret vnigenitum, ipso testante Christo. Et Paulus: Apparuit, inquit, nobis benignitas & humanitas Dei nostri, non ex operibus iustitiae quae fecimus nos, sed secundum misericordiam suam magnam saluos nos fecit. Et iterum: Deus qui diues est in misericordia, cum essemus mortui per delicta cōiunxit nos vnā cū Christo. Gratia, inquit, seruati estis per fidē, nō ex operibus, ne quis gloriatur. Et haec dilectio nobis insinuat primō etiam verbo, quo dilectione ardens anima dicit: Dilectus meus. Meritō hoc nomē apud oēs Deo tribuitur. Ille noster dilectus fuit, estq; etiam nū, & meritō noster dilectus. Charissimi inquit Ioannes. Diligamus Deū, quoniam ipse dilexit nos. 1. Ioan. 4.

Secundum quod hodie cogitandum venit, est Christi in incarnatione obedientia humilis: Dilectus meus descendit. Cum enim in forma Dei esset, vt Paulus inquit, non rapinā arbitratus esse se equalē Deo, sed exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens, factus est nobis similis. Sed & humiliavit semetipsum obediens Deo factus vsque ad mortem mortē autē crucis. Haec illius fuit descensio. Id quod nobis consolationi est, Dei filium sese huc inclinasse, ita planē, vt etiam nostram naturam assumpserit, homo & frater noster factus. Ideo ergo nobis confidenter dicere licebit in omni etiam perturbatione. Deus pro nobis, imō & nobiscum, quis cōtra nos? Christus mediator noster ante Dei patris faciē, quis nos accusabit? Deinde etiā & nos discamus humilitatē. Discite, Christus ait, a me quia mitis ego sum & humilis corde. Sed & seruus nō est supra dominū suum: Si ego Dominus & magister vestros laui pedes, & vos alter alterius lauate pedes. Quicumque enim se exaltauerit humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Phil. 2.

Tertium est, clemēs illa & pia visitatio, qua nos Christus visitauit. Dilectus meus, inquit fidelis anima, descendit in hortum suum. Hic autem hortus solum Ecclesia Christianorum, congregatio, inquam, fidelium est, quā ipse Deus iam inde ab initio saepe muniuit. Quemadmodum ipse ait: Ero eis murus ignis in circuitu. Et in Isaia: Super muros tuos Ierusalem constitui custodes, tota die

Rom. 8.

Matt. 11.

Ioan. 13.

Luc. 14.

Zach. 2.

Isa. 62.

r 2 & no.

& nocte non tacebunt. Custodes vero hi, sancti angeli sunt. Et quomodo Deus hunc hortum suum melius custodire potuisset, quam per semetipsum & angelos suos sanctos? Hunc etiam hortum nullo non tempore suo labore coluit, semine preciosissimo seminavit, rore gratiae suae, ac imbre saluifici verbi sui irrigauit, sed & torrente consolationis suae perfudit. Hunc ab origine rerum plantatum, sed deinde pro peccato feris deuastatum hortum, hodie visitauit Christus, ut reficeret. Quemadmodum Dauid olim precabatur dicens: Deus exercituum conuertere, Respice de caelo & vide, & visita vineam istam quam plantauit dextera tua, et perfice eam, incensam igni & excisam. Hoc ergo opus hodie aggreditur Dei filius. Hodie per viscera misericordiae suae visitauit nos ortus ex alto illuminare hos qui in tenebris & in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes non stros in viam pacis. Discamus ergo hinc gratias agere Deo. Deinde et vigilemus ne nostra incuria dissipetur, quam Christus tanto sudore crexit.

Psal. 35.

Luc. 1.

Can. 6.

Luc. 1.

Cant. 6.

Quartum est ipsa persona in qua Christus humanam assumpsit naturam, ipsa nempe virgo beata: Dilectus meus, inquit sponsa, descendit in hortum suum ad areolam aromaticam. Id quod proprie hanc beatam virginem tangit. Ipsa enim aromaticam areolam. Licet enim totum Ecclesiam fidelium visitauerit hortum Christus, plantaueritque eam, fructibus gratisque floribus, imò omni generis spiritus donis ornauerit, in specie tamen ac praecipuo quodam modo hanc virginem misericorditer respexit, visitauit, ac beauit. Tum etiam praeter alios omnibus non solum odorifera, sed & fructifera, nempe fructum illum ventris sui mundi protulit saluatorem. Hanc aromaticam areolam hodie irradiant sol ille iustitiae, Dei filius. Propterea et angelus ad eam: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum, &c.

Quintum est ipsa causa, quapropter Dei filius factus homo est. Et harum quidem duas dilecta sponsa indicat: Dilectus, inquit, meus descendit in hortum suum, ad areolam aromaticam, ut pascatur in hortis, & colligat lilia. Prima, quae traxit: ut pascatur quia deliciae illi esse cum filiis hominum. Secunda: ut colligat lilia. Hoc est: ut nos olim spinis similes speciosos & fructuosos reddat. Crescut quidem & terra nascuntur lilia, sed colore simul & odore flo-

res excedunt oēs. Eā ex sese Christianus edat naturam, vt sit boni odoris, & fructus edat bonos. Hæc lilia, has Christus querit colligere rosas. Propterea etiā in hunc deuenit mundū. Hæc est, inquit, Paulus, voluntas Dei, 1. Thes. 4. sanctificatio vestra. Non enim ad immundiciā vocauit nos, sed ad sanctificationem. Ecce hæc omnia nobis hodie cogitanda proponuntur. In his se quisque exerceat, & maximè hodie. Si enim hanc diem nobis attulisse salutem credimus: agamus hodie gratias, hæc ipsam queramus salutem. Si non nescimus hanc diem nobis, frigoris niuisq; plenam, imò & tempestam hyemem diuinæ iræ abstulisse, lætam amœnamque diuinæ benignitatis attulisse æstatem: illud expleamus, quod Christus à sua sponsa expetit: Surge, inquit, amica mea propera & veni. Surgamus à peccatis, properemus ne prætereat inconsiderantibus nobis tēpus. Accedamus Christum vera fide & spe. Væ enim nobis si & hac æstate hoc gratiæ tempore stertimus, nostram ipsi silentio prætereuntes & negligentes salutē. Gratia Dei cū omnibus nobis, Amē.

OCTAVVS SERMO,

Quando hoc Festum post Iudicā venit, sit huius festi & passionis Christi collatio.

Non bene in externis cōueniunt lætitia & tristitia, vnde natum prouerbiū: Musica in luctu. Propterea etiā videri posset, hanc festam diem, quæ per se plena gaudij, imò fons & origo omnis gaudij est, melius tēpori illi, quod est post phasē, quàm huic ieiunij & maximè passionis Christi, cōuenire potius, qm̄ quadragesima per se tristis, at passionis tēpore redditur tristior.

Animaduertimus enim, toto hoc tempore quadragesimali Ecclesiā suorum filiorum nullo tempore non lugere mortē spiritus, sed & proximè præterita die dominica Christi dñi nostri sanctam passionē & mortem lugere incepit, vtrunq; merito, nec sine iustis causis. Neq; enim satis lugere possumus vel nostra delicta, vel Christi passionē. De primo enim Hieremias ait: Qui dabit capiti meo aquā & in oculis meis fontē lachrymarū, & plorabo die ac nocte filiæ populi mei interfectos. De secundo Zacharias ait: Et aspicient ad me, quem confixerunt, Zach. 12. & plan-

Hier. 6.

Zach. 12.

& plangent eū planctu quasi super vnigenitū & dolebūt super eum, sicut doli solet super mortē vnigeniti.

Quando ergo duplici hoc lamentationis genere his diebus simul occupatur, videtur nulli lætitiæ vacare locus quidem si de mundi huius gaudio dixerimus, nullo modo conuenient huic tempori, imò procul id genus absit lætitiæ, vbi vel nostra deflemus peccata, vel Christi passionē plangimus. Sed spiritalis lætitiæ multo alia ratio est: quæ necessario adest, vbi spiritaliter læmētatur, sine hac enim certa subsequitur lamentatio. Id quod in

Matt. 27. Iuda videre est, qui contristatus miserè peccatum suum deplorat, sed quia nullo spiritali reficitur gaudio, in desperationem dei citur. Sic & lamentabantur in passione Dñi, maxime cū educeretur è ciuitate mulieres, sed quia ignorabant, qui fructus, quæ lætitia esset ex passione eadem ventura, ideo ad eas qui educebatur dixit: No

Luc. 23. lite flere super me, sed super vos ipsas.

Vt enim summam perstringam, vbi pœnitentiam consolatio conscientiarum nulla ex Euangelio accedit, vbi passioni nullum gaudium iungitur ex eiusdem passionis fructibus, tota perit tristitia. Seruit ergo per omnia Quadragesimæ huic hæc præsens festiuitas, nec solum Quadragesimæ, verumetiam passionis recordationi multum commodat. Abundanter enim & cumulatim spiritalis lætitiæ copiam ministrat, cū nobis Deū hominē factum hodie denunciat. O admirabile, omnisq; laudis dignissimum factum. O lætam annunciationem. O festam niueoq; signandam lapillo diem.

Magnis olim triumphis Iudæi phasē diem solennem agebant, quod eo die ab Aegyptijs liberati essent. Et amplius lætabantur in Iubilæo, quod manumittebantur, qui vel serui vel alieno ære obçerati essent. Sed quantulū illud omne erga hæc illa, quæ hodie toti mundo, omni carni humanæ contigerunt? Quid verò de Iudæorum festis & Iubilæo dico? Ab origine creati mundi nunquā vno modo tantum gratiæ exhibuit, atque modo. Nam primò: quando auditum est siue mundi huius, siue diuinorum rerum inspicias historias, eiusmodi legationem cœlitus factam ad homines? Et quidem non ita rarum in veteri testamento, angelos à Deo missos ad homines.

Ve

Vires ad Abraham venire, annunciantes filij in sua ip
 sus senectâ donum. Duo qui Loth cum sua familia ab
 incendio liberarent, venerunt Sodomam. Alter Iacob
 patriarchæ apparuit, ex Mesopotamia patrios Lares re-
 uisere iubens, & in itinere à fraterna Esau iniuria eū vin-
 dicans. Alter Moſen & Israëlitas in deserto præcedebat,
 viam die ac nocte in columna nubis & ignis ostendens.
 Has aliasq; angelorū apparitiones in illo testamēto legi-
 mus. Sed plerunque omnes externæ Dei beneficentiæ
 signa erant, & in specie quōsdam tantum homines con-
 cernebant, nunquā autem istiusmodi à Deo facta est le-
 gatio, quæ sempiternam salutem & spiritalia dona om-
 nibus hominibus ita annunciauit apertè, vti hodie. Et
 hoc primum. Deinde, nulli vnquam virgini talis in toto
 orbe facta est saluatio, qualis hodie beatæ virgini. Salu-
 tantur quidem in Scripturis sacris alij, idque honorificè.
 Vt ad Gedeon angelus: Salue fortissime virum. Ad Iu-
 dith etiam Ofias sacerdos: Benedicta tu, inquit, à Deo,
 qui hostes nostros per te redexit in nihilum. Ad Apo-
 stolos Christus ipse: Pax vobis, ait. Tum per omnes Epi-
 stolas suas Paulus fideles quōsq; his verbis salutat. Gra-
 tia & pax à Deo cum omnibus vobis. Sunt quidem hæ
 omnes salutationes & imprecationes magnificæ, sed
 nulla comparandæ ratione huic Angelicæ salutationi.
 Quicquid enim illis, quos exempli vice enumeraui, par-
 tim imprecatum est, id totum vna vice à Gabriele virgi-
 ni nostræ denunciatum est. Quod enim dicit: Ave gra-
 tia plena, illi quod in Epistolis Paulus habet, cōparatur.
 Quod secūdo ait: vñs tecū, salutationi sanctę Gedeoni
 cōparatur. Quod tertio deinde: Bñdicta tu inter mulie-
 res, salutiōis ad Iudith formā habet. Postremo qđ di-
 cit: Ne timeas maria, illi cōparatur qđ christ⁹ p̄catur Apo-
 stolis. Ecce ergo hoc modo hac Angelica cōprehensum
 est salutiōe, quicquid vnq; pijs credētib⁹ sue op̄atū est.
 Tertio nunquam aliās se Deus hominibus tam ami-
 cè conspicuum reddidit, quā hodie Moſi enim rubo
 ardentis ignis apparuit, id quod timorem pariter illi in-
 cutiebat & admirationem. Israëlitis in nebula, igne, fu-
 mo, coruscationibus & tonitru apparebat. Isaïæ qui-
 dem in Maieſtatis suæ sedē, ita vt non solū ipse Deus ab
 angelis

Gen. 18.

Gen. 19.

Gen. 31.

Exod. 14.

Iudith. 6.

Iud. 13.

Ioan. 20.

Rom. 1.

Leuit. 1.

Exod. 3.

Exod. 19.

Isa. 6.

angelis circumseptus, verumetiam tota domus ipsa impleta maiestate esset. Danieli porrò in forma decrepiti, omnem sub se creaturam habentis. At hodiè in similitudine vt homo, imò in forma serui apparuit. Ecce, inquit Angelus, concipies in vtero & paries filium. Et quis huius facti vel magnitudinem non miratur, vel beneficentiam non extollit. In hoc, inquit Ioannes apparuit Charitas Dei, quòd filium suum misit vnigenitum, vt viuamus per eum.

Postremo nunquã ea, atq; hac die, magnificentia potentiam suam ostendit. Sunt quidẽ magna opera & indubitata diuinæ omnipotentia indicia, quòd omnia solo verbo creauit ex nihilo, quòd suæ potetia verbo conseruat & regit vniuersa, quòd tâta virtute a b Aegyptiorũ tyrannide vindicauit Israëlẽ, sed, longè lateq; excedit, quod ipse carnẽ humanã assumpsit. Si igitur vel munificentia, vel potentiam Dei intueri libet, ad hanc præsentẽ festiuitatem oculos conuerte, & quod animũ tuũ lætitia expleat inuenies. Prima omnium beata id experta est virgo. O quãto affectu eius spiritus in deo exultauit? Quã ardẽter Deũ magnificauit? Quibus suspirijs eum adorauit, illiq; supplicauit? Sine dubio hodiẽ & anima & Spiritus ei⁹ maiori exultatione affectus est, q̃ antè vnquã per omnẽ vitam. Quomodo enim nõ afficeretur vehementiori quadã lætitia, quẽ & foris Angelum videbat & audiebat, intus vero Dei præsentia sentiebat? Vnde quã sibi propitiũ haberet Deũ agnoscebat.

Vtinam vel vnicam tantæ lætitia guttulam in nobis consideraremus. Quã mētis exultatione Deũ Dominũ nostrum confiteremur? Hoc ipsum autẽ Ecclesia Christianorum præsentĩ festiuitate querit. Proinde si verum Christi membrum, si ingenuus Ecclesie Christi filius, admonitionẽ ne temne matris, Rideant, dum liber, alij, dumq; permittitur à Deo subfannent. Tu pietati stude nunquam pœnitendẽ, & ad dignẽ præsentem celebrandam, hoc ipsum Euangelium ad manus accipe. Ac primo mentis sursum attolle cogitationes, ad cogitandam diuinæ gratiæ & misericordiæ, hodiẽ nobis exhibitæ, & magnitudinẽ, & quã eius indiguerimus meditare. Neque id sine causa loquor. Nemo enim nescit Deum homi-

hominem factum: sed non omnibus notum est, aut certe non omnes cogitant cur necesse fuerit, ut Deus homo nasceretur. Optimè David hæc omnia cōsiderabat: Psal. 84.
 cum ait: Ut inhabitet gloria in terra nostra: Misericordia & Veritas obuiaverūt sibi: Iustitia & Pax osculatae sunt.
 Certum est autem his quatuor virtutibus hominem in Barnhar.
 prima sui origine ornatum fuisse, quibus etiā defensio fuit: Ut idem David testatur: Deus, inquit, meus, misericordia eius præueniet me. Et alibi: Misericordia tua Psal. 58.
 ante oculos meos est. Et Misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ. Et quomodo non peristeret securus, quem Dei misericordia firmat & muniret Psal. 22.

Deinde: Quia inscia homo creatura erat, pædagogū illi Deus addidit, nec hunc imbellē: sed eū qui tandē ad supremæ veritatis fastigiū duceretur: ipsam veritatē nepē & scientiam. Tertiō ne misericordiā acceptam perderet siue amitteret, nec scientiā ad peccatū vteretur, si boni nihil operaretur: suscepit quæ regeretur iustitiā. Postremo ne in vllō deficeret, & pacem accepit, quæ recrearetur: pacem, inquam, triplicem, pacē ad Deū, ad se ipsum, & ad omnes creaturas. Vide in quo honore creatus sit homo, & quid desiderare potuisset, si ita persistisset? Fuisset em̄ illi misericordia murus igneus, ne quo laderetur: Veritas, lux ne erraret. Iustitia, per quā ad salutem perrexisset, via: Pax in assidua seruasset tutela. Sed Psal. 48.
 homo cū in eo honore esset, nō intellexit cōparatus est iumentis insipientib⁹. Ab Hierusalē descēdit in Hiericho, Luc. 19.
 & incidit inter latrones: qui eum his bonis spoliaverunt. Imō etiam ipse à se proiecit veritatem, cum Satanæ plus haberet fidei quàm ipsi Deo. Iustitiā à se prostigauit, cū dei præcepta transcendit. Tum etiam pacē seruare non potuit. Nō enim impijs est pax, inquit Isa. 48.
 in Isaias. Sic ergo demū à misericordia Dei excluditur.

Quid autem sub sole isto infelicius homine misericordia, veritate, iustitia, & pace vacuo, ijs quæ omnibus carēte bonis? Vbi enim nulla veritas, nulla iustitia, nullaq; pax est, ibi profectō merū mendaciū, peccatū, & inquietudo sempiterna, timor, terror & tremor. Vbi autē & misericordia hominem destituit, eum certa expectat damnatio. In hac ergo miseria positus erat homo, nec potuit

potuit erigi rursus, nisi misericordia & veritas obuialsset. ipsi, iustitia & pax se osculatę fuissent. At verò id impossibile videbatur. Cōpatiebatur quidē homini misericordia, dicēs: Nunquid in eternū proijciat Deus, aut nō apponet vt cōplacitior sit ampliūs? Aut obliuiscetur misereri Deus? Aut cōtinebit in ira sua misericordiā suā? At cōtrā pugnat veritas, quā hominē dānabat. Nec inueniri aut cogitari potuit mod⁹, vt integra manēte diuina veritate & iustitia, misericordia porrigeretur homini.

Psal. 76.

Et vt summatim dicam omnia, eò res deuenerat, vt aut homo in æternum periret, aut pro illo quis subiret mortem, qui tamen à morte non absorberetur, & cuius obedientia Deo magis placeret, quā prima hominis pręuaricatio & inobedientia offendisset. Verum nemo in omnibus, qui nō mortis tenebatur reus, homo. Tum nec Angelus aliquis ita acceptus Deo, cuius obedientia plus gratiæ apud Deum obtineret, quā prima hominis pręuaricatio promerita erat indignationis. Solus ergo hoc potuit vnigenitus Dei filius. Hic morti nihil debebat, & Deo patri acceptissimus erat. Quod si ergo hic hominem adiutare reuissset, si mortem subire recusasset, in perditis & desperatis homo positus fuisset.

Vides ergo, quātis periculis res nostrę subactę fuerint. At gratia deo opt. max. sol⁹ ille Dei vnigenit⁹ nostri miser⁹, se se pro nobis in mortē tradit, quò diuinę veritati & iustitię satis fieret, nobis verò miā & pax obtingeret.

Luc. 1.

Hoc igitur modo misericordia & veritas obuauerūt sibi, iustitia & pax osculatę sunt, in incarnatione verbi. Huc igitur hodiernum facit Euangelium, in quo hoc negotium apparatur & per angelum annunciat.

Psal. 8.

1. Reg. 7.

Primo igitur illa cogitemus necesse est. Quā diu enim, quā desperatę res nostrę fuerint, ignoramus, verē gratias agere Deo non possumus. Verū dextrę ea perpendens, haud dubiē cum Dauid dicit: O domine quid est homo, quòd memor es eius, aut filius hominis, quòd visitas eum. Et iterum: O Domine, quis ego sum, vt hucusque me perduceres? Cum ergo temet homo satis in his exercueris, cum Dei gratiam, misericordiam, & dilectionem satis admiratus fueris, illi que propterea dignas grates persolueris, tum de-

nique

niq; etiā secundum recollige: eximiam virginis matris
prærogatiuā, imò magnā ipsi à Deo factā gratiā medita-
re, tu uti te quoq; in sempiternū benignè respiciat, ora.

Tertiò ad Christum eiusq; sanctam incarnationē con-
uertere oculos, hunc cupida mēte suscipe, dic cū palmifera

plebe: Osianna fili David, Benedictus tu qui venisti in Matt. 21.

nomine Domini. Quartò in te ipsum descende, ingra-
tudinē in hæc rā ingentia facta incusa, ac pectus tuū per-
cutiens, dicito: Deus propitius esto mihi peccatori. In his Luc. 18.

quatuor hodie te exerceas, & Deo Christo, & Mariæ ac-
ceptum, tibiq; vtilissimum opus peregeris. Deus Opt.
Max. suam nobis largiatur gratiam omnibus, Amen.

NONVS SERMO, QVANDO.

*hoc festum in Vigiliis Palmarum occurrit,
ambo eius diei Euangelia confert.*

Hodie (vti hoc anno conuenit) vna vice & initium Lucæ. 1.

& finis nostræ salutis nobis proponitur. Initium

eius, id est, Christi incarnatio, hac Euangelica lectio

ne per familiare illud Angeli & Mariæ colloquium no-
bis proposita est: finis verò, id est, Christi passio, vna cū

fructibus inde proficiscentibus, in Euangelio hodierni Ioan. 17.

sabbati per vehementem illam orationē, quam Christus

post Cœnam habuit, innuitur. Ideoq; cū mecū, quid in

vtroq; Euangelio doceamur, recogito: placet iisdem vos

affari verbis, quibus olim Isaias populum Israël em allo- Isa. 40.

quutus est. Consolamini, consolamini (iille inquit) po-
pule meus, dicit Deus vester: Completa est malitia eius,

dimissa est iniquitas illius: Suscepit de manu Dñi dupli-
cia pro omnibus peccatis suis. Id ergo hodie cōperimus

verū esse in nobis. Duplicem consolationē, duplicia bo-
na, duplicem hodie de remissione peccatorū promissio-
nem, & duplicia signa diuini fauoris cōspicimus. Primū

signū est sancta Christi incarnatio: secundū, oratio, quā
ante passionē suā ad patrē orauit. Cur ergo & mihi bis

dicere licebit: Consolamini, cōsolamini popule meus.

Vtrobq; em immēsa cōsolatio est. Et qā festi hui? Evan-
gelū audiuius, etiā sabbati diei lectionē accipiamus.

Vtrobq; enim salus nostra recogitur, vtrobq; nostræ
vtilitati cōsultur. Neutrū ergo silentio præteribo. Neq;

em malē Angeli annūciatio et Christi oratio cōuenient.

Quærit

Ioan. 17. Quæris ergo quid orauerit Christus? Audi Euangelistâ dicentem: Sublatis Iesus oculis in cœlū, dixit: Pater, venit hora, clarifica filium tuum, vt & filius tuus clarificet te, & quæ sequuntur per reliquum capituli illius. Hæc ergo oratio Christi, quam post nouissimam cœnam orauit, quâ si hodiernæ festiuitati & Angelicæ ad Mariam nuntiationi contuleris, videbis vtrobiq; nostram salutem recogitari. Si enim nescis quàm Deus in nos sit beneuolus, hanc festam diem, vnaque eius Euangelium contuere. Si deinde ignoras, qua fide negotium salutis exequutus sit, in hanc orationem aspice.

Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundū, inquit Ioannes, vt filium suum daret vnigenitum. Christus dilexit nos, inquit Paulus, et tradidit semetipsum pro nobis. Vtrobiq; letari, vtrobiq; agere gratias decet. Loquitur quidē in illa lectione ad solā virginē illā angelus, q̄ sola in matrē vnigeniti Dei esset electa, videturq; quasi solā virginē respicere illius annunciatio. Sed à fine clarissimē colligitur omnium nostrum rē agi, quādo puer, de quo fit sermo, nomine Iesus appellandus est, sessurus super sedē Dauid patris ei⁹, & regnaturus in domo Dei in sempiternū. Ex his (inquā) colligi licet, hanc oēs nos respicere legationē. Nos. n. domus Dauid & Iacob. Nos seruatoris egemus, q̄ nos à peccatis liberet: desideramus Regē, qui ab iniqui spiritus tyrānide liberet: optamus Dñm, qui nos regat, cuius regnū sempiternū sit. Hūc igitur in præsentī lectione Euāgelica nobis annūciat angelus, hūc cœlitus mittit Deus, cōcipit paritq; virgo. Quid ergo decētius à nobis fieri potest, nisi vt cū magna mentium nostrarū exultatiōe prumpamus ijs vocib⁹, q̄b⁹ olim

4. Reg. 7. quatuor illi leprosi sunt: Hæc dies bonæ nūciationis, siue boni nūcij est. Venite eam⁹ & nūciemus in aula regis. Si enim tacuerim⁹ & noluerimus nūciare, sceleris arguemur.

Sic & nos loquamur ad inuicem. Si enim obsidione angustatis Israëlitis lætū admodū nuncium fuit, fugā hostiū audire: si fame periclitatibus gaudiū fuit, castra hostium plena diuitijs inuadere: quanto magis nos letari & exultare decet, quibus cœlitus à Deo demissus Angelus eū præsentē annunciat, qui internā & spiritalem famem nostrā tollat, & ab animarum hostibus liberet: nec hoc solum, verum etiam æterna securitate beet, & omnibus omnium

omniū diuitiarum copijs ditet? Si leprosis scelus visum est, tacere, tantumq; gaudiū apud se continere, non etiā alijs annunciare: maius profecto scelus est, & tantum nō paricidiū quoddā tacere, & tantæ gratiæ nobis a Deo per Christū, eiusq; sanctā incarnationē exhibitæ magnitudinē nō annunciare oībus. Quid enim mundo iucundius accidit vnquā? Hodie De⁹ adimplere incipit, quicquid vnquā de hominum salute hominibus promiserat. Hodie verus nobis non de monte, sed è cœlo descendit Moſah: qui & scriptā, non iam in lapideis tabulis, sed in suo ipsius, quod de nobis in se assumpserat corpore, Dei voluntatē attulit. Hæc est, inquit, voluntas qui misit me patris, omnis qui videt filiū & credit in eum, habeat vitā æternā. Hodie verus ille Sampson, Christus, in Philistiū terrā, hoc est, in hunc mundum, in quo regnabat Satan, venit, sibiq; inde sponsam accipere. Hodie verus David præ fratribus suis omnibus oleo vnctus est lætitiæ, hoc est, spiritu sancto in Regē credentis populi à Deo constitutus est. Hodie idē ille David Christus noster lorica se induit, hoc est, humanā naturā assumpsit, in qua cōtra Goliath, ipsum Satanā pugnaret. Eia ergo exordium nostræ redemptionis deuotē nobiscum recolamus, & apud oēs enunciemus. Hoc igitur huius festiuitatis proprium est. Væ nobis, si tantis gratiarum donis ingrati fuerimus inuenti, si tam lætā annunciationē silētio præterierimus. Sit exemplo beata virgo, qua mētis gratitudine hæ gratiæ suscipiendæ sint. Miratur illa primum ab insueta & noua salutatione Angeli, indignam se tantæ gratiæ reputans. Post verò quam benignitatem diuinæ voluntatis erga se vniuersamq; hominum naturā intelligit, admirationi succedit gaudium, quod postea in plenilaudis prorumpit canticum: Magnificat anima mea Dominum, & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. Nec tantum respexit meam ancillæ suæ humilitatem, verum etiam Israël puerum suum suscepit, recordatus misericordiæ suæ, sicut loquutus est ad patres nostros Abraham & semini eius in secula. Ecce ergo, quod licet solam virginem alloquitur Angelus, ipsum tamen quod loquitur omnes etiam nos tangit.

Exod. 32.

Ioan. 6.

Iud. 14.

1. Re. 16.

Psal. 44.

1. Reg. 17.

Eandem

Eandem rationem aliud quoq; Euangelium habet. Licet enim ab initio eius orationis pro sua clarificatione oret, tamen mox addit orationem pro suis Apostolis & discipulis, imò etiam pro omnibus credentibus vsq; ad consummationem mundi, quibus nos etiam annumeramur. Primum nos in manus Dei patris sui còmendans, quod dicit: Pro eis rogo. Et hoc verbo sese mediatorem inter Deū & hominem constituit. Pro eis rogo, quasi dicat. Haecenus multis quidem tuam, Pater, opem implorant, sed frustra. Neq; enim vilius hominis oratio te placare potuit. Orauerunt & Iudæorum Pontifices pro suo populo, sed quia & ipsi peccatores erant, iram & indignationē tuam perfectē auertere nō poterant. At ego, qui in innocentia & sanctitate in còspectu tuo appareo, ipse filius, quē nihil negans semper exaudis, rogo te, atq; vt id facerem còmodius, formam in me serui suscepī, in similitudinem factus, vt homo. Quia igitur ego à parte eorum sto, mea causa impetrent, quod propria dignitate non meruerant. Non pro mundo rogo (addit) sed pro eis, quos dedisti mihi de mundo. Tui enim sunt.

Ac his quidem verbis clarē indicat, non omnibus sine delectu hominibus suam orationem suamq; passionem commodare, quemadmodum olim quoq; agni sanguis nemini praterquam Israēli profuit. Deinde etiam, qui sint innuit, qui tanto bono priuentur, imò qui seiplos illo spoliāt: Nempe mundi huius amatores. Quanquam illud bonum à mundi amore debuit abripere.

Tertiò, significat iisdem verbis non paucos fore numero, quibus oratio & passio Christi nihil profutura sit, quando eos mundū vocat. Postremò ijs profutura dicit, quos Pater ab aeterno prædestinauerit & elegerit, ipse vero vocauerit & iustificauerit: imò qui ad se conuersi ipsi adhærent, qui & vita & moribus mundo esse dissimiles student. Non pro mūdo rogo, ait, sed pro ijs quos de mundo dedisti mihi. Tui enim sunt, intellige, non solum creatione, verum etiam quòd te agnoscunt, te querunt, te honorificant. Nam creatione totus etiam mundus Dei est, sed nō agnoscit eum, hos autem Christus de mundo non esse affirmans, tui sunt, inquit. Tu eos pater creasti, elegisti, mihiq; còmendatos voluisti, & verbum

tuum

tuum audiuerunt & susceperunt. Tui sunt : Quo etiam verbo nos quàm maximè Deo patri commendauit. Nec quicquam ita Deum ad commiserationem mouet, quàm quòd ipsius sumus peculum . Vnde & sapiens dicit . Si peccauerimus, tui sumus, & si nò peccauerimus, scimus, Sap. 15. quoniam apud te sumus computati. Ecce igitur, pro quibus Christus orauit & passus est.

Nunc porrò quid orauerit videamus . Inuenio autem quatuor p quibus orauit: quæ etià, nostro bono impetrauit. Exauditus enim est pro sua reuerentia apud Deum.

Primum est, quod dicit : Sancte pater, conserua eos in Heb. 5. noie tuo. Est aut nomen Dei, verbù eius, potestas & misericordia eius. Quemadmodù enim quæq; res per proprium sibi inditù nomen agnoscitur: ita etiam Deus per verbù suum, per potetiam & misericordià suam agnoscitur. Orat ergo Christus, vt Deus pater in nomine suo, id est, per verbù suù per potetià & misericordià suam nos còseruet, nòne quid externè aduersitatis aduersum nos insurgat. Non oro, vt eos de mudo tollas, quemadmodù Enoch & Heliam. Sunt enim adhuc mudo necessarij, sed Genes. 5. & munus eorù postulat, vt in toto mundo Euangelium 4. Reg. 2. meù prædicent. Tum etiam non oro, vt omnis iam ab eis auferatur tentatio, persecutio, languor, mors, etsi quid eius generis aduersitatis est : sunt enim illa magni boni materia, & probationi & humilitati seruiunt . Sed hoc oro: Còserua eos à malo, hoc est, à peccato, ab infidelitate, à defectione: conserua eos in bono, ne resiliant: conserua eos à malo, ne in aduersis succumbant, ne in tentationem incidant, ne dominetur eis peccatum . Conserua eos iam lapsos etiam, ne desperent, suppone illis manù tuam (vt David ait) ne collidàtur, sed surgant citius.

Psal. 36.

Hoc ergo primù, qd Christus nostri causa orat. Deinde addit: Sanctifica eos in veritate, Sanctificare nò vno modo significat in Scripturis. Est aliquando purificare, vt ad Mo sen Deus ait: Sanctifica populù .i. purifica. Est etià segregare, aut diuinis ministerijs micipare, vt: Sanctifica mihi primogenitos fructus hominù & iumentorù, id est, se- Exod. 19. grega mihi . Aliquando etià sanctitatè tribuere, sanctum facere. Sic Deus ad Israëllem: Ego Deus sanctificas vos, hoc est, qui vos sanctos, probos, & iustos efficio. Atq; se Exod. 31. cundum

cundum hæc Christus hic orat, vt Deus nos etiam atq;
etiam purificet à peccati in nobis inhaerentibus macu-
lis, imò ab ipso peccato, quod quotidie perpetramus. Se-
cundò, vt nos à mundo separet, vt simus maneamusq;
2. Tim. 2. vasa in honorem. Tertiò, vt per suum spiritum sanctita-
tem corporis & animæ, hoc est, internè, externè coram
Deo & mundo nobis largiatur & infundat. Propterea
enim addit: In veritate. Aliàs enim falsa & conficta san-
ctitas est, quæ in facie coram hominibus pietatis for-
mam habet, longè à corde posita.

Tertiò, pro omnibus hominibus orat, vt sunt vnum.
Primò, ne qua deinceps sit diuersitas inter Iudæum &
Græcum, sed ex duobus populis, vnus fiat. Secundo, vt
simus vniuersales, in doctrina, in fide, in spiritu, & pietate
omnimoda. Tertiò, vt vnum simus in charitate & vni-
uersitate, quæ sola fortes facit & inuincibiles, vt Salo-
mon ait: Frater qui adiuuatur à fratre, est quasi ciuitas fir-
ma. Quartò, vt vnum corpus simus, & quæ quisq; habet

Prou. 18. gratiā, in cōmune vtatur cōmodum, quemadmodum in
naturalis corporis mēbris videmus fieri. Postremò orat,

Ioan. 17. vt eū ipso simus in eternū. Pater, inquit, volo, vt vbi ego
sum, illuc sint et ipsi, quos mihi dedisti, vt videāt claritatē
meā, quam habui apud te prius quā mūdus fieret. Hoc
ergo maximū est quod Christus apud se in patria, in re-
gno suo, in consolatione, laetitia, maiestate suos vult ha-
bere, quos secum constantes habuit in via, in exilio, in
miseria, tribulatione, contumelijs & ignominia.

Ecce hæc sunt, quæ Christus in sabbati huius Euan-
gelio pro omnibus nobis orauit patrem, & exauditus est,
vt Paulus ait. Et quis hac oratione nō afficitur? Aut quid
ipse Christus illa persona à Deo nō obtineret? Agē ergo
in Christo frater, si Christus eo modo orauit patrem pro
nobis, quid ab indignatione Dei timemus? Si nos in ip-
sius Dei patris manus tradidit, si ipsius tutelæ commen-
dauit, quæ nobis hostilitas nocebit? Si nos latitiæ con-
fortes vult esse in regno suo, quis impedire poterit? Ecce
igitur tantorū bonorū & gaudiorū materiā ex vtroque
huius diei Euangelio haurire licebit. Quisque ergo pie
Christianus hæc sibi dicta arbitretur, & in his sese exer-
ceat. Gratia Dei Opt. Max. cum omnibus nobis, Amen.
DECI.

DECIMVS SERMO DICIT

*de cantionibus huius festi, deinde habet introdu-
ctiunculam ad passionem Christi.*

Facile est cuilibet, in hanc Euangelicam lectionem attendenti, quid sibi praesens velit festiuitas cognoscere, id quod omnes cum diligentia cogitare æquū est. Neque enim vana res est, cogitare, quomodo nobis Adami posteritati, adhuc in extrema miseria posita, primum vita salusque apparuerit et obtigerit. Res plane eiusmodi, quæ pro sua dignitate omnium mentibus infixæ hereat, pro qua etiam meritas laudes Deo dicimus. Multa autem ad cogitandum nostræ salutis exordium scripturæ nos adhortantur dicta.

Primum est Prophetica Isaia lectio, in qua Propheta Isai. 7. exordium nostræ salutis annunciat clarissimè. Ecce, inquit, virgo concipiet & pariet filium, & vocabit nomen eius Emanuel. Secundum est iam iam prælecta Euangelii Luca. 1. liij lectio, in qua veluti ante oculos initium nostræ redemptionis depingitur. Tertium est antiphona hodie in Ecclesia decantata. Hæc est dies quam fecit dominus. Hodie tribulationem nostram aspexit dominus, & redemptionem misit. Hodie mortem fugauit scemina, quā intulit scemina. Hodie Deus homo factus, & quod erat, permansit, & quod non erat, assumpsit. Ergo exordium nostræ redemptionis cum deuotione recolentes dicamus. Gloria tibi domine, laus & honor in secula. In hac ergo Antiphona quatuor Ecclesia exclamationibus vtitur, ijsque ex sacris scripturis sumptis, vnde meritò nos adhortantur. Prima ex Psalmista desumpta est: Hæc est Psal. 117. dies, quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea. His verbis Ecclesia nos in Psalmū ducit: insinuans quicquid ibi positum est, hodie sumpsisse initium. Est autem Psalmus ille vnus ex præcipuis illis, qui de regno Christi loquuntur. Vnde & Dauid ipse post longam diuinæ miserationis commendationem ad ipsum Christum conuertitur, dicens: O domine saluum me fac. O domine bene prosperare: Benedictus qui venit in nomine Domini Deus meus es tu & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te.

f Secun-

Exod. 3. Secunda exclamatio desumpta est ex secundo Pentateuchi. Hodie inquit Deus, vidit afflictionem populi mei in Aegypto. Quibus profectò admonemur, non minorem fuisse afflictionem humani generis priusquàm veniret Christus in mundum, quàm illa, qua afflicti erant, Israëlita in Aegypto. Subditi enim erant Tyranno immanissimo, quo sine omni misericordia vexabantur & persequabantur. Talem nos quoq; sustinuimus, imò & immitiorem. Ille enim corpus tantum vexabat & torquebat: noster verò animam simul & corpus nostrum perdere studebat. Quemadmodū ergo illis foelix erat dies, in qua ad liberandum eos ex Aegypto Moſen miſit, ita nobis etiam sperata dies fuit, qua nostras miseras Deus respiciens, filium demisit vnigenitum. Hoc ergo inculcatur hodie, vt gratiores ſumus. Nam ſi quis præterita mala ſua, vt carceres, infirmitates, egeſtatem & alia memoria recollegerit: multo ſe gratiorem erga redemptorem ſuum exhibebit.

Genef. 3. Tertia exclamatio ex primo Pentateuchi desumpta est. Hodie mortem fugauit ſcēmina, quam intulit ſcēmina. Quo lapſus primorum parentum admonemur. Et hoc partim eo, vt videamus non eſſe Deum peccati noſtri cauſam: ſcēmina, inquit, mortem intulit, & homo ſuæ ipſe damnationis cauſa & origo fuit. Tentare enim Sata potuit, cogere non potuit. Tentauit & Deus hominem, non vt caderet, ſed vt probaretur. Vnde ipſum illud mandatum latum fuit, cum denūciatione periculi. Quia ita cum ſuę gratiæ donis muniſt, vt facile quibuſuis tentationibus potuiſſet reſiſtere. Et in quem homo culpam reijcere potuit, præter in ſe vnum? Huc ergo pertinet quod Paulus ait: Adā nō fuit ſeductus, ſed mulier ſeducta erat in preuaricatione. Quasi diceret: Adā non igno-
1. Tim. 2. ranter, ſed volēs peccauit, à nemine in hoc impuſus, ſed propria peruerſitate motus, vt verū ſit prophetici illud dictum: Perditio tua ex te Iſraēl, ſalus autē tua ego ſum.

Oſec. 13. Deinde etiam hæc feſtiuitas noſtri nos lapſus admonet, vt cōſideremus quid nobis præ omnibus alijs creaturis fecerit. Nempē quod hominem etiam poſt lapſum & execrandam inobedientiam non penitus à ſe abiecit, ſed piē quod fractum erat inſtaurauit, imò ſtatim poſt lapſum

lāsum diuini sui auxiliij opem promissit. Quā nulli prae-
 terea creaturæ exhibuit. Fuit quidem Lucifer nobilissi-
 ma Dei creatura, sed quia semel à Deo auersus, irreuo-
 cabili sententia in æternam damnationem præcipitatus,
 sine vlla spe recuperandæ salutis. Hinc ergo videmus,
 quantum Deo & patri nostro debeamus, qui miseris no-
 bis terræ vermiculis ea exhibuit, quæ nec supremæ crea-
 turæ ostendit, imò & recusauit. Quid verò exhibuisse
 olim dico? Etiamnū exhibet hodie. Quoties enim Deū
 offendamus nouimus oēs, nihilominus tamen nos ad se
 vocat, dicens: Conuertere ad me, & suscipiam te. Et ite-
 rum: Si peccata vëstra fuerint rubicunda, erunt vt nix
 alba: & si erūt rubra, quasi vermiculus, velut lana alba e-
 runt. Huius ergo lapsus admonemur, per primi parentis
 lapsus. Quare autem festos dies non celebrabimus? cur
 Deo gratias non agemus? qui tantum benignitatis suæ
 copiam in nos effudit? Postremo etiā ideo huius lapsus
 admonemur, vt agnoscamus quomodo Deus nō modo
 Gratia sua, verumetiam Sapientia in instaurādo homine
 vsus sit. Quemadmodū Serpens ille etiā non solū ma-
 litia & odio, verumetiā dolo vt hominē falleret vsus est.

Fuit tamen Dei honos palām, declarans se non minus
 sua Sapientia posse, quod lapsus, erigere: quā Diabo-
 lum suis artibus quod integrum erat posse infringere.
 Isdem igitur Deus vsus est medijs in recuperando ho-
 mine, quibus ante Diabolus in isto vsus erat fallendo.
 Inuenerat Diabolus Angelum nequam, qui suam ad ho-
 minem legationem expediret. Inuenerat serpentem, qui
 seruiebat, inuenerat mulierem quæ fidem habebat di-
 centi. Contrā, Deus bonū Angelū inueniebat, qui san-
 ctū spiritum mediatorem annūciabat. Inueniebat virgi-
 nem Mariam, quæ in suam voluntatem cōsentiebat. Iam
 verò si Gabrielem Diabolo, Sanctum spiritum serpenti,
 Mariam Euæ contuleris: videbis non minus Deū vsū
 fuisse Sapientia, quā Diabolum vsū fraude. Horum
 ergo omnium nos tertia hæc admonet exclamatio: Ho-
 die mortem fugauit scēmina, quam intulit scēmina.

Quarta & præcipua exclamatio est: Hodie Deus ho-
 mo factus. Hæc ex hodiernæ diei desumpta est Euange-
 lio, in quo dicitur: Ecce concipies & paries filiū, & voca-
 bis

Hier. 33.
Isa. 1.

Gene. 3.

P R A E F A T I O

bis nomen eius Iesum. Vides ergo quæ hodie facta sint magnalia. Quid ergo restat nisi vt redemptionis nostræ exordium deuotè recolamus, erumpamus & exclamemus: Gloria tibi Domine.

Ecce hoc modo isthæc Antiphona docet, quid præsens à nobis exigit solennitas, ita planè, vt nò sit necesse aliunde quid addere. Quod si cui placet suâ exercere deuotionem, sumat sibi hoc Euangelium, singula verba examinet, & mirâ haud dubiè percipiet in eis dulcedinem. Atq; vtinam tempus sineret, quasi superfluum etiam de Euangelio aliquid dicere: Sed cogor ad alia me conuètere. Adest in propinquo passionis redemptoris nostri christi tēpus, quod silentio transgredi nec possum nec deo. Vt enim de hoc festo verè dicere possim: Hæc est dies quam fecit dominus, ita etiam de sequenti hebdomada dicere licebit: Ecce nunc tēpus acceptabile, ecce nūc dies salutis. De^o Opt. Max. sua gratia donet ita hæc festiuitatem ceterosque dies passionis Christi peragamus, vt ad Dei laudem, nostram conducat laudē, Amen.

Psa. 117.
2. Cor. 6.

SEQVITVR IN PAS-
SIONEM DOMI-

ni præfatio.

Mat. 1.

Hucusq; per totius quadragesimæ tēpus ad pœnitentiam qua potui diligentia vos adhortatus sum his verbis, quibus ipse Christus in prædicationis suæ vsus fuit exordio: Pœnitentiā agite, & credite Euāgelio. Nunc porrò ita tēporis postulante decursu hoc etiā ad-moneo, vt passionem Domini & seruatoris nostri Iesu Christi cogitemus sedulò, & nosmet ad Sacrosancti sacramēti corporis & sanguinis eiusdē christi cōmunionē præparemus. Vtrūq; aut, iisdem verbis, quibus hucusq; vsus sum, faciendū puto. Neq; enim vel ad cogitandam passionē Domini, vel ad sumendū sacramentū illud minus conueniunt, quàm ad pœnitentiam suscipiendam commodarūt. Quemadmodū enim nemo peccatorum remissionem sine pœnitentia cōsequitur & fide: ita nec passionem domini verè cogitare poterimus, nec sacramētum corporis & sanguinis domini dignè sumere: nisi si pœnitentiā simul & fidē eò adferamus, id quod initio
pas-